sancta mortuos suscitet ad uitā: cur
nō qd minus est. morituris obtineat
sanitatē? *Ezechie penitēti et flenti. p*
ysaiam a dño dicit. Audiuī oracionē
tuā: et uidi lacrimas tuas. Ecce ego ad
iaā sup dies tuos quidē annos. Super
quē locū haymo sic dicit. Sciendū uero
qd sicut pthoplasto q̄si sub cōdicōne
dātū est. ut imortalis esset. si diuine ius-
sioni obediret: ita in p̄destinacōe dei hū-
quosq; āni dātū sūt. illi si innocentē uiuet.
et nūme supbiret. N̄ uō ppter supbiam
obtrachi sūt: ppter humilitatē restituti
sunt. No. Uelle in ista qd p̄funda sūt
ex scripturay: testimonijs apaus plari:
qā nodus diuine p̄destinacōis multis
uita fuit erroris. No. Nodus diuine
p̄destinacōis in prorsus insolublis ē. Qs
enī nouit sensū dñi: aut qd cōsiliariū
eius sūt: Actamē que supius posita
sūt: scripturay auctoritate referantur.
Sais iob de hoīs mutabilitate loquēs:
dicit deo. Constitui tēminos ei: q̄ p̄iri
nō poterūt. Ecce in hoc loco hēs homī
tēminū uiuēdi a deo cōstitutū. et qd
idē tēminū int̄gressibilis sit. Ad uero
eundē tēminū quāq; qd male uiuendo
potit p̄anticipare: testis ē psalmista
qui ait. Uiri sanguī et dolosi n̄ dimi-
diabūt dies suos. Si nō p̄cedit eis dies
quib; uiuē poterūt dimidiare: certū
est illos longe ante tēminū cōstitutū
desicē. Similit̄ boni lene uiuēdo quāq;
merent̄ tēminū suū p̄uenire: sicut de
uno bono in oīm bonoz: p̄sona dicit.
Raptus est ne malicia mutaret itel-
lectū illi: et ne fictio deaper aiām illi.

Desinat ergo hoies stulti. stulti dice:
 stulti crede. q̄a hodie sūt pauca prin
 cipes. paucaq̄ nobiles. qui dies suos
 impleant. et ad etate senile pueniant.
Ex hoc. Nimirū q̄a paupes depre
 dant. et paupm lacrimis ante tēp̄ suf
 focant. **His** ne audire exemplū de q̄da
 tyrano. qui q̄a dies suos curtae peccā
 do n̄ credidit libertus peccauit. **Novia.**
Uolo et desidero. Mo. De errore lodewi
giantguy et de p̄destinacōe. Cap. xxvi.
Ex relacōne aūda uiri religiosi
 cognoui lodewigū lantguyū
 patre h̄māni lantguy qui aū hos du
 os ānos defunctus est. in errore piculo
 sū nō solū p̄re aīe s̄ et subditōz sub
 stancie deadiisse. Qui cū esset p̄cedo ac
 tyranni maximi. duras et plimas i s̄
 cōmissū p̄lm̄ faciēs exactiōēs. mltas
 eccliar̄ sibi usurpās possessiōēs. i p̄t
 hoc alia q̄ plurima mala a uiris reli
 giosis corripet. qui ei p̄ponēbat i cōfel
 sione penā maloz et glām electoz. ū
 bum miserabile respondit. Si p̄desti
 natus sū inq̄t nulla peccā poterūt in
 regnū celoz auferre. si p̄satus nulla
 bona in illis ualebūt cōferre. Et sicut
 in dice solit̄ ē non Conradus senex
 inochus n̄ de turingie p̄tibz oriund. ū
 uisualū illū psalmiste. celū celi dno.
 terrā autē dedit filiis hominū. loco
 p̄tibz ad suā excusacionē arguētibz
 se p̄ponēbat. Erat siquidē literat. et
 ob hoc amplī induratus. Et cū ei di
 cerent uiri timorati. Dne pate aīe
 ur̄e. desinite peccare. ne d̄s pecc̄s ur̄is
 puocatus. peccōre in pacis occidat. ut
 r̄ū respondit. Cū uenerit dies mortis
 mee moriar. nō illū pro lene uiuē

do extendē. neq̄ male uiuēdo puenire.
 Volens illū pius d̄ns a tanto errore
 misericorditer reuocare et reducere ad mētē.
 infirmitate piculosa cepit eū flagella
 re. Vocatus est medicus eius uir lon
 et discretus. et nō solū in physica. sed
 etiā in theologia nō mediocrit̄ litat.
 Cui p̄nceps dixit. Ist uides infirmus
 sū ualde. adhibe curā ut possim cōua
 lesce. Memor medicus erroris illius.
 respondit. Dne. si uenit dies mortis
 ur̄e. nō uos poterit cura mea morti sub
 trahē. Si uero moritur nō estis de in
 firmitate ista supflua erit mediana
 mea. Et ille. Quomō sic respondes. Si
 michi nō fuit adhibita cura diligēcia.
 et dieta p̄p̄ta. potō tā a meip̄o quā
 ab alijs ipeitis negligi. et ante tēp̄
 mori. Audito hoc uerbo physicus. m̄
 tū hylaris effcūs. data occasione res
 pondit. Dne si creditis uitā uestrā pos
 se p̄telari uirtute medicane. q̄e hoc ar
 de reuocatis de penitēcia i opibz iustie.
 que sūt antidota aīe. Si ne hys aīa
 morit. sine hys ad sanitatē q̄ est in
 fitā uitā nemo puenit. Consideras
 lantguyus pondus iuloz. et q̄ rōna
 bil̄ porassi. dixit ei. De celo medicus
 esto aīe mee. q̄ p̄ tuā linguā media
 nale deus literauit me a maxio errore.
Ho. Nūq̄ n̄ lene uir̄it postea. prin
 ceps iste. **Ho.** Minime. Pmisit
 uerbis. qd̄ nō impleuit fr̄is. Quali
 etus finis fuit. cū quita sarcina
 peccōz obierit. pena tormētōz illius
 in leḡtibz te docebit. Reintam igit̄ ad
 p̄cedēcia. q̄ longā hāc euagacionē
 fecit interrogacō tua. **Quod quidā cō**
uertant̄ p̄pter paupertatem. Cap. xxvii.

Sicut multos trahit ad ordinem
mediana infirmitatis: ita plu-
mos inire compellit cuminum paupertas.
Sepe uidi et cotidie uidemus. persona
aliquam in seculo diuites et honestas. ut sit
militis et auis cogente inopia uenire
ad ordinem: magis ex necessitate uolente
diuiti deo seruire: quam inter cognatos
et notos egestatis confusione sustinere.
Cum quidam uir honestus exponeret mi-
confusionis sue ordinem: adiecit. Certe si
in rebus meis habuisset prosperitatem: nunquam
uenisset ad ordinem. Noui quendam. qui pa-
tribus sine fratribus diuitibus diuiti reuertit:
et cum consumpisset omnia sibi dimissa tunc
primam uenerunt necessitate pallio deuo-
tionis palliantes: uel potius de ipsa ne-
cessitate uirtute facientes. **Mo.** Non est ne-
cesse de talibus exempla querere: cum uideam
tali occasione plures marie conuulsos ad
ordinem uenire. Sed leati sunt illi qui diui-
cias habuerunt: et per christum illas contempserunt.
Mo. Non ideo leati quod diuitiarum posses-
siones: sed ideo beati quod diuitiarum contemptores.
Plus placuerunt deo duo minuta uidue:
quam multe diuitum elemosine. Scias etiam
quosdam diuiti propter crudelitatem aliam cul-
pe: sine nota qualiscumque infamie. **De**
Canonico ob crudelitatem quidam furti
uuenis quidam in domo **uiso. Ca. xxviii.**
uiri nouicius fuit: que occasio huiusmo-
di ad ordinem traxit. fuerat siquidem cano-
nicus quidam ecclie in colonia. Qui cum fe-
cisset domino suo clerico honesto. cui tunc
temporis comensalis erat. furtum licet
paruum. et a seruis illius deprehensus fu-
isset. in tantum erubuit ut de seculo fugiens.
monasterium nostrum peteret: atque nouicius
fieret. Maluit deo seruire: quam tantam

confusione inter suos conferens sustine-
re. Ego eodem tempore in ecclesia positus cum
sane conuersionis eius ut iam dictum est intel-
lexi: et quia stabilis non esset talis uisio.
satis timui. **De adolescente cui scimonias**
ab ipso impregnata causa fuit con-
uersionis. Ca. xxx.

Alius quidam adole-
scens scimonias quidam
impregnauit: et confusione urgente
simulque timore. eo quod femina nobilis
foret: conuersus est in ordine nostro. Et
quoniam dyaboli ei impauerat in ruinam: per occa-
sione facta est illi in salutem. Iuuenis super-
dico iusto dei iudicio ordinem deserente: iste
adhuc perseverat. dei misericordia se conserua-
te. **Mo.** Iste uideo non est uolentis neque
curantis: sed miserentis dei. **Mo.** Ita est.
Ad quidam etiam conuertuntur ob multam uite
temporalis: hoc exemplo docentur. **De no-**
bili uiro qui gratia conuersionis capitali

Ho tempore quod rex **Italia subductus est xxx.**
Otto perfectus est romam coronari
in imperatore. imperium super moellam fratri
suo henrico palatino regendum dimisit.
Hic nobilem quendam uirum perdone. per iudi-
cium capitali sententia dampnauit. Aduertit
daniel abbas scouante: suisque patribus a-
pud palatinum obtinuit. ut ei liceret ui-
uere. et deo pro peccatis suis in ordine cisterciensis
satisfacere. Sic homo pro suis sceleribus mor-
ti addictus: pro gratia conuersionis euasit
sententiam dampnationis. Frequenter huic si-
milis audiui. sicut ut homines flagitiosi
pro suis criminibus uariis supplicis deputa-
ti beneficiis ordinis sunt liberati. **Mo.** Licet
hec sit minima. non tamen sit perpendenda: eo quod
sit edificatoria. **Mo.** Quibus huiusmodi uidebunt mi-
nima: audiant de hijs quos timor pene gene-
ralis conuertit magna atque terribilia.

A

De conuersione alluuii morumūdi q̄ mor-
tuus fuit et reuirit. Cap. xxxij.

Ante hos annos uiginti quatuor
ablas quidā in morumūdo fuit: quē
talis necessitas ad ordinē traxit. Que
de illo dicturus sū ex relacōne dōni
hūmāni abbas loca scē marie agnouit:
qui eundē ablatē uidit: loquente au-
diuit: atq; gestus illi diligēcius utro-
te q̄ mortuus fuit et reuirit cōsidauit.
Cū esset iuuenis cū ceteris scolarib; stu-
debat parisijs. Qui cū esset duri inge-
nij. labilisq; memorie. ita ut pene ni-
hil possit capere ul' retinere: ab omib; ir-
ridelatur: ab omib; ydiota iudicatur.
Unde cepit turbari: multisq; dolorib;
cor eius affligi. Contigit ut die q̄dā
infirmaret: et ecce sathan affuit qui
dicit ei. Vis in facie hominū: et ego
tibi dabo scienciā om̄iū litterarū. Iudices
hec iuuenis expauit: et dyabolo talia
suggenti respondit. Redit post me satha-
nas: q̄ nūq̄ eris dñs meus: neq; ego
homo tuus. Et cū ei nō acquiesceret. ma-
nū illius q̄ uolentē aperuit: lapidēq;
ipones dicit. Quā diu clusū tenuis
lapidē istū in manu tua: scies om̄ia.
Recedete inimico iuuenis surxerit:
scolas intrauit: questiones posuit: oēs
q̄ disputādo superauit. Mirati sūt om̄s
unde ydiote tanta sciencia: tāta faci-
dia: nouitas tā inusitata. Ille uero ne-
gociū celatū habuit: nec alicui hōim
causā tante scie exponere uoluit. Non
multo post infirmari cepit usq; ad mor-
tem: uocatus est sacerdos qui ei audi-
ret cōfessionē. Qui etiā inter cetera cōfec-
sus est. quomō a dyabolo recepisset lapi-
dem: et cum lapidē scienciā. Respondit

sacerdos. Dico miser artē dyaboli ne ex-
pers fias sciencie dei. Termitus ille lapi-
dem quē ad huc manu tenebat picat:
et cū lapidē fallacē sciāam deposuit. Ad
plura. Defunctus ē clericus: et corpus
eius positū in ecclia. ordinatis cōa fere-
trū scolarib; qui more xpiano psalmo
decantaret. Demones animā tollētes.
et ad uallem pfundā terribilē. fumiūq;
sulphureū euaporantē illā portātes:
ordinatū se ex utroq; pte uallis. Et q̄
stabant ex una pte aiām miserā ad
similitudinē ludi pile picētes: alij ex
p̄te altā p̄ aera uolantē manib; susci-
pielant. Quorū unguēs ita erāt aci-
tissimi: ut acis exacuatās. om̄eq; aci-
men ferri in yabilitē superēt. In quib;
ita torq̄bat. sicut postea dicebat cū eū
iactarent ul' exaperent: ut illi tormēto
nullū genus tormēti posset equipari.
Misertus illius dñs. misit nescio quā
celestē psonā uirū magne reuerencie:
q̄ demonib; tale nūciū deferelat. Au-
dite: p̄cipit uobis altissimū. ut animā
a uobis deceptā dimittatis. Mor om̄s
inclinatēs simul. animā dimiserūt: n̄
eā amplius tange p̄sumpserūt. Que
reueria ad corpus. mēbra exanimata
uiuificauit: uiuificata erexit: scola-
res arcūsedentes in fugā uertit. Descē-
densq; de feretro dicebat se uiuē: et qd
uiderit. qd uē audierit magis ope q̄
sermone manifestauit. Nam statim
cōuersus in ordie cisterciensi. tā rigidus
fuit sibi. tā durus castigato: corpus
sui: ut omib; qui eū uide p̄terant. pa-
tentē daret intelligi qd penas senserit
purgatorij ut p̄ocaus inferni. Nouē.
Expediri uellem utrū locus ille i quo

tormentabat. infra metas fuit inferni.
sive purgatorij. **Mo.** Si uallis illa p
tinetur ad gehennā: constat ei cōfessi
onē fuisse sine cōtricione. Ad satis ex
hoc placitur. eo qd maxime penā illā
teste celesti nūcio sustinuerit p̄t cōsen
sum retenti lapidis. **Ho.** Nūq̄ dīcēd
est demoni cōsensisse. **Mo.** Non ut
ei faceret hominū cōsensit: s; in tm̄ cō
sensit. qd nō statim lapidē de manu
iactauit: s; ad usū sacēae diligētissime
reseruauit. Circa quē eadē tanto affi
ciēbat amore. ut nec quidē in infirmi
tate deponēt: s; cū dolore ad imperiū
sacerdotis p̄cēt. Si eum dixerō fuisse
impurgatoris suspecta est in absentia
scōrū angelor. et p̄nā demonior. q̄
animā egressā suscipiāt: susceptā de
ducelant: deductā tam crudeliter extor
quelant. Dicebat magist̄ rodolphu
scolasticus colonieſis. in cui⁹ scolis ego
frequēns erā. qd demōēs aiām elcām
de corpis ergastulo egredientē nūq̄
tangerēt: s; b̄cī angli ad loca purga
torij. si tamē purgatorio digna esset
deportarēt. Tali enī exemplo utela
tur. Nō decet ait ut carbonari purg
aurū. Postea ū p̄pter meritū uitte su
citatus. factus est abbas i monimūdo.
i una de quatuor p̄mis domibz: uir
sais et iustus. De quo cū interro
gassē p̄dām hmannū ablatē. si uide
rit illū aliqn̄ ridentē. qd de resurgētibz
dicat qd ridē nō soleant: respondit.
Scias me hoc ipm̄ in illo cōsiderasse.
nec potui dephendē i gestibz ei nutū
quidē leuitatis: tante erat grauitati.
tante longanimitatis. Nūq̄ illum
uidi nec quidē subridētē: neq̄ uerba

leuitatis p̄ferentē. **Ho.** **M**iror si ali
qd dixerit de forma et uirtute aiē. **Mo.**
Laam. Asserebat aiām suā fuisse tāq̄
uas uitreū et sphericū. oculatā ante et
retro. plurimū habuisse scē: uidisse
uniūsa. Nam scolaribz circa feretru
sedentibz: quecūq; accitauerāt maifest
tauit. Vos inq̄ tesseribz lusistis: uos
iūce capillis uos traxistis: uos dilige
ter psallebatis. **Ho.** Valde me letificat
qd uir iste qui corpe exutus tanta ipe
nis uidit: tāta audiuit: cetis religio
sis ordinibz omissis: ordine nr̄m int̄
re uoluit. **Mo.** Merito letificare te debz:
s; aliud tibi dica. qd eandē tuā leticiā
geminet. *De clerico nigromātico mortuo
qui uiuētī socio apparēs suastit ordie: int̄re. c.*

Quo iuuenes sicut didia lōne. **xxxij.**
nō relacōne: apud toletū stu
delant in nigromācia. Accidit ut un
illor usq; ad mortē infirmaret. Qui
cū moriturus esset. rogauit eū alt̄ ut
infra uiginti dies sibi apparēt. Et p̄mi
sit: si tamē sibi cōcederet. Sedente eo
die quadā in ecclā corā ymagiē beate
uiginis marie. et psalmos p̄ aiā illi
legente: affuit miser ille: miserimē
gemitibz sua indicās tormentā. Quē
cū interrogass̄ ubi esset. ul̄ quomō haret.
respondit. Ne m̄: qā eternalē dāpnatū
sum. p̄pter artē qm̄ didia dyabolicam.
qā reuā mors aiē est. sicut titulus ei
ostendit. Cōsulo autē tibi sicut socio
meo unico. ut ab hac execrabilī sacēad
recedas. et uitā religiosā sectādo. deo
p̄ pacis tuis satisfacias. Quē cū iuu
rogass̄ ut tuā ore sibi uia uiuēdi ol
tender: iterū respondit. Nō est uia secu
rior: quā ordo asteracēsis: neq; int̄ oē

genus hominum paucares descendit ad inferos. quoniam persone religionis illi. Retulit et alia plura que causa breuitatis omittere: eo quod in libro visionum clareuall scripta sunt. Iuuenis uero mor renouans nigromantiae: factus est nouicius ac deinde monachus in ordine asteracensi.

Mo. Fateor in hoc facto leticia cordis mei geminata. **Mo.** Quia in ore duorum aut trium testium stabit omne uerbum: uide audire de tuo clerico pene simili modo dicto. **Mo.** Volo ac plurimum desidero.

Itē de clerico q̄ p̄t̄ pena ludeuicia languij q̄s uidit ad ordi nē uēit. xxxij.

Narrantante in sepius sene monacho nostro conrado. qui pene centenarius est. cuius super secula memoracione didici quod refertur quidem de turingia fuit natus. et in armis ante conuersionem exercitatus. multa nouit de actibus ludeuicia languij. de quo super capitulo uicesimo septimo longa terui narracione. Hic cum moreret. duos filios reliquit heredes. ludeuiciam scilicet. qui in prima expeditione iherosolimitana defunctus est. et hermannum qui eadem in principatu successit. qui nuper obiit. ludeuicius uero qui satis erat tractabilis et humanus. et ut uerius dicam ceteris tyrannis minus malus. tale edictum posuit. Si nemo alius esset inquit qui ueris iudicijs uera de anima pris mei dicere in possit. bona curiam a me reciperet. Iudicabat hec miles quidam pauper. qui fratrem habebat clericum in nigromantia quoniam satis expeditum. Cui cum uerba principis iudicasset. respondit ille. Bone frater dyabolum aliquem per carmina uocare consueui. scilicet satabar ab illo que uolui. dum est quod ei colloquar. artibusque renouaui. Instante milite

opportune inopportune ad memoriam ei rediens propria paupertate. promissumque honorem. pater eius tandem clericus uictus demones uocauit. uocat quod uellet inuisiuit. Respondit clericus. Penitet me tanto tempore recessisse a te. Iudica mi obsecro. ubi sit anima domini mei languij. At demones. Si uis mecum pergere. ego tibi illum ostendam. Et ille. Libenter illum uidere. si sine periculo uite mee illum uide possem. Cui dyaboli. Juro tibi per altissimum et per tremendum eius iudicium. quia si fidei mee te commiseris. incolumem te illuc ducam. hucque reducam. Pones clericus pro fratre animam suam in manibus suis. collum demonis ascendit. que infra breue tempus ante portam inferi deposuit. Introspectus clericus. contemplantus est loca nimis horrenda. penarumque diuisa genera. et demones quedam aspectu terribilem super optum puteum residentem. Clericus ut hec uidit. totus contremuit. Et clamauit demon ille ad demones baulum. Quis est ille que tenes in collo. Adduc eum huc. Cui respondit. Amicum nostrum est. et iuravi ei per uirtutes tuas magnas. quia eum non lederem. si animam languij domini sui ostendem. sanumque reducem. ut omnibus tua imensa predicet uirtute. Ille uero statim opaculum igneum cui insedit amouit. et tula enea puteo imissa. tam ualide bucanauit ut uidet clericus totus timere mundus. Post horam ut ei uidebat nimis longam puteo eructuante flamas sulphureas. languius inter scintillas ascendentes simul ascendit. et uidendum se clericum collotum prebuit. Ad que ait. Ecce presbiteri sui miser ille languius. quidam dominus tuus. et utinam nunquam natus. Cui clericus. Missus sum a filio ue-



tro. ut ei renūciare possim de statu uro.
et si in aliquo potestis iuuari michi di-
cere delectis. Respondit ille. Statū meū
lene uides. Hoc tamē scias qd si filij mei
restituere uellent tales possessiones ta-
liū eccliarū pprijs noibz eas exprimes.
quas m̄ iniuste usurpau. et sub titulo
hēditario ipis reliqui. magnū aīe cō-
ferrent remediū. Cui aī clericus dicit.
dñe nō credent m̄. respondit. Ego dicā
tibi signū. qd nemo nouit p̄ter me ⁊
filios meos. Accepto signo. ⁊ langu-
uio eo uidente puto imerso. p̄ demo-
nē reductū est. Qui licet uitā n̄ pdi-
derit. ita tamē pallidus ⁊ languidū
redijt. ut uix agnosceret. Uerba p̄ris
filijs retulit. signa ostendit. s; mo-
dici illi p̄fuit. Nō in hoc cōsentire
uoluerūt. ut possessionēs restituerent.
Respondit tamē ludewic languiuus
clerico. Signa cognosco. p̄m̄ meū
te uidisse nō dubito. p̄positū t̄ p̄m̄ū
dare nō rennuo. Ad quē ille. Dñe aur-
tis uestra uobis maneat. ego cogita-
bo qd aīe mee expediat. Relictisq; om-
nibz fr̄is est monachus i ordine cister-
ciensi. cōtempnēs omnē labore sus-
tinē tempalem. dūmodo penā euade-
ret etnā. Ecce halet tria exempla. qd
quidā conuertant timore ul uisione pe-
ne gehennalis. Possem t̄ de hys ad
huc plura dicē. s; in alijs distinctioibz
illa tibi p̄pono disserē. **No.** Si talia
homies uidē possent. puto qd tā libe-
nō peccarēt. **no.** Ita est ut dicas. Au-
di ad huc qd sup̄ est exemplū. uidelz
qd quosdā conuerti cogat nō mortuus
conscie. s; amor cōseruandē innocēcie ⁊
desideriū celestis patrie. **De cōuersione**

godofridi mochy uilariensis ⁊ de reuelacōi
monasterio s̄ci bus eius. Capit. xxxv.
panchaleonis in colonia qd est nigri
ordinis mochoy. uiuentis quidā fuit go-
defridus noīe puritatis criminis. inter-
fr̄es suos sine querela cōuersatus. scdm̄
disciplinā ordinis illius. Et qd scriptū
est. iustus iustificet ad huc. et s̄cis s̄ci-
ficet ad huc. desiderio sup̄ne uite acce-
sus idem godofridus. et qd scdm̄ cōsue-
tudine regle uiuē nō possi cōsiderans.
uenit ad nos hūilit̄ et instancē suppli-
cans ut collegio iungi meret.
Timens. **o** altas n̄ magis i causa
esse leuitatē qm̄ deuocōne. cū heu su-
ape nō acquieuit. Passus a nobis re-
pulsam uilariū uenit. et qd petiuit a-
cius obtinuit. Qui quāte fuit religio-
sitatis. quāte s̄catis. qm̄ ferues in or-
dine. p̄ sacras ei reliquias usq; hodie
dñs nō cessat ostendē. **T**empe quodam
donus karolus altas uilariensis q̄ fue-
rat p̄or n̄. ueniēs ad nos duxit secum
eundē uirū uenerable. et sicut m̄ dix-
erūt qui uiderūt. tantā grām deuocōnis
ei dñs in missa cōtulit. ut stilladria la-
rimarū ex ei oculis sup̄ altare ul̄ pet̄
eius stillaret. **Q**uē aī interrogaret.
nōnus theoderic de lūreke tūc nouia
quidā canonic bonnensis. quomō orare
deberet. respondit. Nichil delectis i ordi-
ne dicē. s; tū cogitare de saluatoris
nri natiuitate. passione. resurrectōe.
et alijs que uobis nota sūt. **N**ō ipse
frequent̄ in usu habuit. hoc et alios
docē studuit. **H**alebat et spm̄ p̄phete.
ita ut quāq; mochy reptacōes futuris
pdiceret. et ut corda sua p̄ paciēciā p̄a-
rent amonēt. **A**ntas habuit cōsola-

aciones: quoniam mirificas uisiones: solus
ille nouit. qui auctor illarum fuit. Dicam
tibi quod mihi reuoluit nicholus quidam religi-
osus uilariensis de illo. Cum esset tempore quo
di ebdomadarius coquine. et saluo se-
cundum consuetudinem lauaret pedes mo-
chorum: dicto completorio cum clausisset
oratorium. erat enim sacrista: apparuit
ei saluator. lintheos pinctus: et pelum
in manu tenens. et ait ad godefridum. Se-
de ut laue pedes tuos. eo quod dudum laue-
ris pedes meos. Ad cuius terrorem renueret.
coegit eum. flexisque genibus pedes eius lauit.
sicque disparuit. Sola feria post palmas
stans in choro. cum psalmi eructant cor-
meum deuote a conuentu decantaret: ecce
glosa dei genitricis maria de presbiterio
descendens. et chorum more abbis curans.
nicholus benedixit: sicque inter abbas et por-
tallum exiens. quasi ad chorum dis-
peraret. Erunt ille post eam ut uideret
quo iret: sed eam uide non potuit. Statim
nescio utrum prima uel tertia die infir-
mari cepit. Et cum laboraret in acutis. uel
post pascha in conuentu perseverans. dorsumque
castigatores lacerans. atque sacros pan-
nos cum cetis lauans: tandem infirmitate
depressus in infirmitorio depositus est. Quod
cum iam agonizaret et esset tempus comedendi.
dixit ei minister suus. Inuitus uado co-
medere. timens ne interim moriamini. Va-
de inquit securus. ante uidebo te. Qui cum
in mensa sederet. godefridus ostium refectorij
aperuit: nicholum respexit et benedixit: sicque
uersus oratorium tetendit. Territus ille.
putabat illum miraculose ualuisse. Sta-
timque posita est tabula ad eius exitum.
et recordatus est infirmarius quod hoc ei
promiserat. Audato eius corpore ad lauam

dum: ita inuenerunt dorsum eius plagis
uirgarum liuidum ut omnes mirarentur.
Supra per reuelationem leuata sunt ossa eius
et in sacario posita: reseruante quod per re-
liquis. Ipsi gloria qui sic ad se conuersos
magnificat: cui cum patre et spiritu sancto honor
et imperium per omnia secula seculorum amen.
Multa alia de eo referunt: que studio
breuitatis supprimo. **De modo et forma**

Satisfactum conuersionis. **C. xxxv.**
mihi fateor de causis siue occa-
sionibus conuersionis. nunc de modo et for-
ma eiusdem aliquid delectat.

Quod ad conuersionem uenire uidemus cum
quodam gloriola et ostensione seculari. ali-
os cum exhibitione multe humilitatis. **No.**

Quid horum est melius. **Mo.** Humilem
conuersionem deo placere nemo dubitat:
ostensio autem alicuius glorie secularis se-
cundum intentionem se uertentis iudicatur.

Quidam conuerti desiderantes. de nouo se
uestiunt: cum cognatis uel amicis ad mo-
nasterium ueniunt: ne quasi uagi et pau-
peres repulsa paciantur.

Qui uero cum di-
uites sunt paupertatis habitum assumunt:
ut ex humilitate conuersionis amplius
mereantur. De quibus tibi exempla sub-
iungam.

**De uisione walewani militis
qui armatus ad ordinem uenit. C. xxxvi.**

Wales quidam walewan nomine
conuerti desiderans. cum dextrario
et armis suis militaribus in hemerode
uenit: armatus claustrum intrauit:
et sicut in reuoluit seniores nostri qui
tunc patres fuerunt. portarium illo duce-
te. per medium chorum uadens. conuentum
inspiciente. et nouam formam conuersio-
nis mirante: supra altare beate uirginis
marie se obtulit: armisque depositis



in eadē domo religionis habitū suscepit. Nilum est ei congruū ibi militia deponē seclāre. ubi assūmē pōnebat militia spūalem. Ad huc uiuit. uir bonus ac religiosus p̄us inter mōchos nouicius. postea ob humilitatē fr̄is est cōuersus.

*De humili cōuisione philippi
albas philippus abbas. c. xxxviii.*

Albas philippus abbas. c. xxxviii. de osterburgh contrariū fecit. sicut in retulit canonicū quidā traiectus. qui tūc t̄p̄is p̄sens fuit. hic cū esset de honesta parentela natus. et maiorē ecclie in colonia canonicus. rudulsi eidē ecclie scolasticū parisiens legentē audiuit. Diuina inspirate gr̄a. magr̄o suo ignoratē scolas deseruit. et cū esset adulescēs delicatus. lonisq; uestib; induit. paup̄i scolari sibi occurrēt̄ illas dedit. et uilia uestimēta illius induens. ad domū quidā ordinis nr̄i que bona ual̄is dicitur ueniēs. se in nouiciū suscipi humilit̄ petiuit. Uidentes illū fr̄es. cap̄a trita atq; uetusta indutū. estimātes eū scolare paup̄em et uagū. suscipere renuerūt. Considerās morā repul̄se esse p̄uolosa. ingressūq; sibi negari. nouissimē dixit. Si nō susceptis me forte uos penitebit. et cū facē uoluit. esse nō poterit. Tūc demū suscept̄ est. Cognita eius cōuisione magister rudulsi. dolens cū socijs quibusdā. ad monasteriū uenit. s; fundamentū sup̄petrā positū mouē nō potuit. Et quia idem philippus se in cōuisione humili auit. in tantū deus illū exaltauit. ut nō multo post eidē domui abbas p̄ficet.

De eo qd̄ quidā i cōuisione sua ordines sacros celātes p̄p̄ hūilitatē cōuisi fuit.

Quanta est uirtus humilitatis. ut.

eius amore sepe ad ordinē ueniētes clerici laicos se simulauerūt. malētes p̄cora pascē. quā libros legē. sanctius ducētes deo in hūilitate seruire. qm̄ p̄ sacros ordines ul' litteraturā ceteris p̄esse. Hoc q̄a sepius in ordine cōgrit. ita ut de cōuersis fierēt mōchi. ante hos q̄tuor annos diffinitū est in cap̄lo gnali. ut tali nō cōuersi manerēt int̄ comiso. Eodē anno quidā ueniēs ut puto diaconus. laici se simulans. in cōuersū susceptus est. Cui abbas cū postea nescio quo p̄dente ordines intellexit. in sequenti cap̄lo casū eundē p̄posuit. Et q̄ uiris discretus uidebat omnino absurdū. ut q̄s in tali sublimi ordine positus foret sine caractē corone et sine sacror̄ ordinū erecucōne. sententiā mutauerūt.

No. Non miror si aliqui celant suos ordines in cōuisione. cū legam̄ p̄sca t̄p̄ib; feminas ut fuit b̄ra eugenia. et beata eufrosina et sc̄a marina serum uirilē simulasse. *No.* Ad hoc miraris sc̄m t̄p̄ib; p̄sas. cū rec̄cōri t̄p̄ simile in ordine nr̄o cōgrisse sc̄amus.

No. Hoc omnib; modis sc̄re desidero. uidel; a qua p̄sona. ubi ul' quomō. tā mirabilis f̄ra sit cōuisione. *No.* Femina de qua dicitur sc̄a. que fuit. ul' quomō ad ordinē uenit. sicut nobis retulit mōchus quidā qui cū ea nouicius fuit in p̄lacōne. fida tibi pandā relacōne.

De mirabili cōuisione b̄re hildegūdis uigis.

In ciuitate que se uirū simulauat. c. xl. Misia que q̄nq; miliaris distat a colonia ciuitate magna. cuius quidā habitauit. filia halens formosa. ac dilectam nomine hildegundā. Quā uxore defuncta. cū adhuc esset in etate tenera

orōnis grā scāi iherosolymā duxit. In re-
ditu uō infirmatus: apert tyriū diem
clausit extremū. Moriens autē: filiā ⁊
omīa que habuit. ministri sui fidei cō-
mēdauit. Si fidē nō seruās seruus dñs.
neq; misericordiam exhibens defuncto. cum
ess; impius et auarus. puella nocte in
domo relicta. clam nauigauit: multis
illam miseris exponēs. Que mane sur-
gens. cū intellexiss; tutorē infidū cū p̄i-
sui substācia nauigasse. uehementē do-
luit: et quid agēt. ul' quo se uertēt peni-
tus ignorauit. Non intelligēs ydionia
terre fame cepit talestē: mendicādo tñ
scolas in eadē ciuitate anno uno freq̄-
tauit. Post hec pegrinis de alemānia
aduentantib; calamitatē suā exposuit.
et ut sui miserent; lacrimabiliter exora-
uit. Ex quib; unus cetis diacon; uir bon-
et noblis. consolans desolatā. assumēs
q; in nauū suā delictā: dāns necessarijs
ad patriā rediit pegrinā. Eodē tpe
cū orta fuiss; trouisia in ecclia treuerēsi
int; duos elcos. uolmariū scilicet eiusdē ec-
clesie archidiaconū. et rodulfi maio-
rem ppositū: dñs papa lucaus p̄on faue-
bat: p̄rem alterius frederici impator
defensabat. Et q̄a nulli erat tutū apice
ad apliaū qui tūc tempis apud ueronā
morabat deferre. p̄t insidias ipatorū.
ecclia coloniēsis cū uni p̄cū faueret.
et ab hoc lras ad iam dcm̄ papā destina-
ret: latulus earūde uite sue timēs p̄fa-
tam puellā p̄pter tonsurā ⁊ habitū sco-
lescentē estimans: p̄ce simul et p̄ao eo
qđ minor suspicōnis nota foret i pedite
qm̄ inequite. clausas in bacio lras ut
portaret obtinuit. Que cū iuxta augu-
tam deueniss; fure offendit. Rogata

ab eo ut locus ei ess; itinis nichil mali
suspiciens lrens anuit. Cūq; paululū
p̄cessisset. et qđ sonū p̄sequētiū fur ex-
cepiss; onus cū furto penes puellā repo-
suerat: ip̄e uō ad secessū se ire simulans.
infra frutecta se abscondit. Ad moxer:
Illa a p̄sequētib; p̄phendit: cū sacco
ad iudiciū trahit: ⁊ p̄ sentēciā laqo ad
iudicat. Que cū ob furti p̄senciā nul-
lam sibi p̄desse cernēt allegacionē: nul-
lā excusacionē: sacerdotē petiit et ob-
tinuit. Cui excessus suos cōfites. satis
simphat; exposuit p̄ ordinē. uie sue
causā. et furis nequiciā: et ut sacdoti
uerbor; fidē astrueret. harundinē lras
pontificales cōtinentē ostēdit. Et adie-
cit. Si fuit fur questus: dāns iueiet.
Mox ad cōsiliū sacerdotis nem; recitū
et canib; ambit: fur q̄situs p̄phendit.
ad iudiciū utq; trahit. Cū miser ille
ad criminis cōfessionē aruatib; cō-
pelleret. ait. Iniuste cōpello: cōfiteri qđ
nō feci. iste cū furto dephensus scdm̄
ius ciuile dāpnandus est. E cont; cū
puella dicit sibi onus dolose fuisse cō-
missū. et restitūe uellet depositū respō-
dit ille: onus istud meū esse nego.
Uox unius testimoniū ē nullius. Ad
hec uirgo obmutuit. Tūc accedēs sa-
cerdos p̄ ip̄ā allegauit: et qđ ess; ino-
cens dolo q; hominis arauēta satis
affirmauit. Et si minus inq̄t uerbi-
meis credit: examine ferri cādētis.
quis reus sit qđ innocens facile cōpla-
bit. Ad cū omib; placuiss; manus
furis exusta est. puelle uō manus
illeca apparuit. Tūc fure celerius sus-
penso: confessor et liberator iugis gau-
dens. illam in domū suā recepit. Et



ecce dyablo instigante qui saluti uigis inuidit. cognaco furis innocua ⁊ dei iudico liberata. de domo sacerdotis extracta: reoq; deposito loco eius illa suspendit. **M**ox anglis dñi affuit: qui et uirginē ne laquei sentiret angustias sustentauit: et mirifico uultus sui odore refecit. Et cū nichil sentiret doloris. ymo maximis se putaret intesse delicias: in ipā nocte tā suauē audiuit melodiam. symphoniam tā diuisā tam iocundā: ut nullus chorus siue corporalis siue instrumentalis. tante dulcedini posset copari. **S**atisfacante ea qd hoc esset: respondit anglis. **A**nima sororis tue agnetis cū hoc cōcentu anglico i celū defertur: et tu post bienniu felicit sequi. **S**ic leata illa p biduu pendete: pastores i uicino pascentes. misericordia moti cōdixerūt ut corpus deponeret. atq; sepulture cōmendarēt. **I**naso uo laqo n̄ ut s̄uetudo ē cadauerū cū pondē cecidit: sed paulatim anglo sustentante ad terrā dimissa stetit. **Q**uo uiso: truci pastores fugerūt. **D**ixitq; ei anglis dñi. **E**cce liba es: uade quo libet. **R**espondit illa. **D**ñe mi ueronā ire posui. **S**tatimq; i momēto trāslata est ueronā. **E**t ait anglis. **U**eronā hinc distat t̄bz miliaris. **I**nter augustā uero ⁊ ueronā septē diece numerat. **N**o **V**ident in hac puella antiq; iustorū miracula renouata: uidelz: s̄i b̄ndicti albis. et albauc p̄phie. **E**x quibz cū p̄or absens esset uidit germane siue scolastice aiāz in spē columbe celi secreta penetrare. **A**lt uero p̄pha salz de iudea i momēto i lābyloniā trāslatus ē. **M**o. **V**erū dias nec minus miror qd audire meruit.

animā sororis cū cōcentu anglico tanto loco: spacio intposito deferri in celū: qm qd b̄ris seuerinus colonie positus aiāz s̄i martini cū simili cōcentu ascende cognouit ad dñm. **A**d huc alia duo magne glē b̄nficia sūt ex hibita: salz qd angelo sustentate caulei dolores nō sensit: ⁊ qd sine suū tā longe ante p̄saut. **P**̄se uero apud ueronā negocio pacto. cū rediens dyocelīm intrass̄ wormacensē: nō ingta diuine misericordie. p̄ce et op̄e cui dā uenerabilis incluse obtinuit. ut a dōno thobaldo alle s̄onauie in nouiciū susciper. **E**st autē s̄onauia locus amenissim̄ nomen trahens a re. **P**utans eā idē allas esse adolescentulū. p̄ tergū suū i eodem equo sedē iussit. **Q**ue cū loqueret uoce feminea et gracili. dixit ei ablas. **f**rat ioseph nūdū mutasti uocē tuā. **R**espondit illa. **D**ñe nūq; illā mutabo. **A**dolescentē se simulans. nomē s̄i ioseph sibi ip̄suerat: et eū quē ualidas tēptacoēs uicisse nouerat. cōt̄ duplicē hostē pugnatū. carnē salz et dyablim memorie sue arāus ip̄imēt. ⁊ p̄ auxiliū plenius sentiret. et uidet̄ in ea illud salomois impletū. **M**ulierē forte q̄s inueniet. **N**on est inuentū simile in ordine nr̄o. et ideo sine exemplo. **M**ulierē inq; ex omnibz nō inueni. **I**ngressa placōne: manū suā misit ad forcia. **I**nter uiros dormiuit: cū uiris comedit et bibit: uiris ad disciplinas dorsū suū nudauit. **E**t cū esset i uicēcula milite guttans. t̄n ne serus eius notaret. q̄nq; suis locis in placōne signa aliq; ostendit leuitatis. **N**am absente magistro mochi qui hec nobis retulit hermanū noie tūc puerū quatuordecim annorū: ad aphū

octuagesimo octavo

sui duces. ait. Considerem in hoc uino
 quis nr̄m sit formosior. et cū relucētes
 in eo facies intenderūt iterū aiebat. **Hec**
mane. quomō placet t̄ facies mea.
Respondit ille. Videtur in mentū tuū
 dispositū. sicut mentū mulieris. Tunc
 illa q̄si indignādo recessit. Postea p̄neg
 lecto silencio. ambo uapulabant. **No.**
Miror si aliq̄s in ordine habuerit tēp
 taciones. **No.** De eius tēptacoibz nich
 il audiui. s; qd̄ alijs fuit causa tēptaci
 onis satis intellexi. Cū appinquaret
 tēpus resolucois eius. cepit infirmari.
 Et cū p̄ nimia debilitate ad lectū suū por
 tare. mōchus quidā eā intuens. iuxta
 se stantibz clara uoce dicebat. Homo iste
 ul̄ femina ē ul̄ dyabls. Nūq̄ illū respu
 cere potui sine temptacōne. Et satis p̄
 batur ex hoc loco. qd̄ fortis sit uis natē.
Hocansq; porē. cū ei p̄cā quedā leuia cō
 fiteret. et ille interrogaret si umq̄ aliquā
 cognouisset mulierē. respondit illa. Nū
 q̄ dñe rea fui aliau' mulieris siue uiri.
Hoc adiacens p̄p̄ sexum. Deinde recita
 uit ei p̄ ordine eo mō quo p̄dictū ē uni
 uersa q̄ circa se acta sūt. tacito serui. Pri
 ore stupente ac dicēte. fiat que loq̄ris
 fidē excedē uident. et quo argumēto p̄
 bare potō illa esse uera. Respondit puel
 la. Hodie bienniu' effluxit ex quo ange
 lus dñi p̄denti in diē resolucois mee p̄
 dixit. **S**ao cui credidi. fidē seruauit. cur
 sum cōsumauit. de reliquo repōta ē in
 corona iusticie. Si ea feria qua p̄dixi
 añ obitū meū nō deposuero officiu' ling
 ue. uix spacio unius misse legēde. nō
 michi credatis. Et adiecit. Cū defuncta
 suo apparebit in me unde stupeatis. et
 diuine uirtuti grās merito refatis. **H**is

dictis q̄ta feria ebdomade paschalis
 xij. kl. maij. anno dñi. m. c. lxxxvij. **o**
 sole tendere ad occasū. scā illa aīa de
 corpe uigineo egressa migravit ad do
 minū. **P**oussa tabula. cū tā altus qm̄
 ceti frēs ad eius exequias cōuolasset.
 et corpe exportato ad lauādū detectū
 fuisse. serus femineus apparuit. Tunc
 om̄ibz in stuporē uis miraci nouitate
 nūciatū est sacerdoti cōmendacōes legē
 ti. **Q**ui cognito serui textū mutauit.
 et p̄ monacho monachā et p̄ fr̄e sorore
 noīauit. **P**ostea cū breuia p̄ ea scribēda
 esset. et nomē ei ignoraret. s; tali for
 ma scripta sūt. xij. kl. maij. obijt an
 alla xpi in sconawia. **E**lapsis aliq̄
 diebz cū frēs nomē illi' br̄e scire deside
 rarent. miserūt in uicinā colonie un
 de se oriundā dixerat. et cū studiose ar
 cūquaq; de eius cognacōne iuestiga
 rent. nutu diuino iuenta est quedā
 anus que se ei cognatā fuisse dicet. ac
 serens eā hildegundā uocatā. Cū añ
 hos ānos cōsecraret nouū oratoriū
 in sconawia. ex diuisis p̄uicis ad de
 dicacone ppli cōfluentes. et
 br̄e hildegundis uirtutes audietes. tu
 mulū eius frequētauerūt marie. sc̄s
 et orōnibz se cōmēdantes. deu sup̄ tān
 mirabilibz glificātes. **E**t nos frēs cū il
 lis grās referamus saluatori nr̄o. qui
 hec fieri uoluit nr̄is tempibz i ordine
 nr̄o ad glām suā et edificacōne nr̄am.
Qui uiuit et regnat deus i sc̄a sc̄oꝝ. **Am.**
Om̄is homo miret. homo qd̄ fecit. **vs.**
 iste. **H**ec aut' fossa. anēs iclusit. et ossa.
Hiuens mas parit. mores s; femina
 claret. **H**ita fefellit. morsq; refellit.
 rem simulatā. **H**ildegunt dicta uite

est in codice scripta. Maij bissexis. e
 hec defuncta kalendis. **No.** Tanta e
 fortitudo metis in quibusda feminis.
 ut merito laudet. **De uidua coloniensi**
que in capta conuersa egressa e de ciuitate.

Honesta quedam. **Mo.** Caplin. xli.
 matrona de colonia diuicijs
 pollens et etate flores. ai post mariti
 morte xpo milie uellet. timore amicor
 a quibz ei desideriu impediatur. habito
 consilio dni karoli uilariensis abbatis
 capta conuasi induit. sicqz p illu de ci
 uitate educta i monte sce walpurgis
 monialis est effecta. **No.** De conuersi
 one uiduaru seu maritar. que de fece
 lecti gustauerit no multu miror. uigi
 nu uero cont parentu uoluntate se co
 uerteneu constancia satis amiror. **Mo.**

Quasda p hys in exemplu t ponam.
De conuersione metildis magre i fuisse

Omnia metildis nich. **Ca. xlii.**
 magra hodie in fussenich. ai
 haleret paretes durissimos et ad secti
 uipias nutrirer. ad huc i etate tena
 constituta. se solo xpo uelle desponsari
 moialitqz fieri. cotidie prestatata est.
 Cuiqz blandicijs siue minis no possit
 auri. die quadam uestibz purpureis
 cont uoluntate induta matri rindit.
Ca. si feceris me aurea. no potius
mutare positu meu. Tandem tedio af
fecti paretes eius. ai ea locare uellet
in pdicto mosterio sce walpurgis n
esse possit. eo qd copletus fuisse statu
tus numerus soror. in uisenich couisa
est. Ubi adeo pfectat. ut no mlto pr
licet ad huc adulescentula magra effi
ceret. Qua post anos paucos alcidis
soror eius carnalis marito uiduata.

et ipa ad huc adulescentula secuta. i eode
 cenobio fra est porissa. Quaz exeplo
 quedam ear. cognata. timore parentu de
 dyocesi traiectesi in habitu uirili egres
 sa. apd san thoma que est domi ordini
 nri et in epatu treueresi pita se couitit.
 Hanc ai soror imitari uellet. a parentibz
 capta e. et uiro tradita. Spero aute qd
 deus ta feruente uisionis uoluntate
 no relinquat irremunata. **De conuersi**
one helswindis abbatisse de porceto.

Audabilem pmo satis **Ca. xliii.**
 mirabilem done helswindis ab
 batisse de porceto conuisione. t replicabo.

Hec ai est ad huc arnoldi sculteti filia.
 Aquensis uiri potens. diuitisqz ciuis. sic
 ab ineunte etate feruebat zelo uisionis.
 ut matri frequenter diceret. **Mater fac me**
moniale. Solita eni erat ai matre ascē
 de monte sa saluatoris. in quo tuc ma
 nelat couentus soror de porceto. Die q
 dam p fenestra coquine latent intrans.
 dormitoriu ascendit. et puella cuiusda
 ciuilla induens. ai ceris chozu intuit.
Ad ai matri abire uolenti p abbatissa
innotuiss. illa putans iocum esse. res
pondit. Uocare pueru. oportet nos ire.
Uenit illa intrinsecus ad fenestra dices.
Monialis sum. no ilo teai. Mater uero
times maritu. respondit. Modo tantu
uenias meai. et ego patre tuu rogabo
ut te faciat monialem. Sicqz exiuit.
matre uero tacete stigit ut itiu monte
ascenderet filia dormiente. Que ai surer
isset matre in ecclia quesita et no inue
ta. in monte esse suspicatis. ea secuta est
sola. et p pdcaim fenestra ingressa. rur
sum habitu induit. matri qz roganti
ut exiret respondit. Ammodo me non

admirabilis in unum?

decepti. es. uia sibi pmissa replicas. Ma-
 tre u. ai multo timore recedere. par-
 ai sibi furibundus ascendit. fores effre-
 git. filia uociferante eduxit. cognati
 qui ea auerteret comisit. Quibus illa
 nodu ut puco noue annox ta sapiet
 respodit. ut mirarent. Quid plura.
 Epd leodiensi patre et eos a quibz educ-
 ta suat excomunicate. loco restituta e.
 et post annos paucos ibide in albissima
 electa est. Hec conuersione dicta sint.
 Multa huimodi xpc in suis opat elis.
 ad glam sui nominis. cui ai pre a spu
 sco honoz sit et imperiu. p infinita se-
 cula seculoz. Amen. **Explicit prima
 distinctio de Conuersione.**

Incipiunt capla secunde distinctionis

De conuersione. Caplin. I.
 De conuersione. qd sit. unde di-
 catur. q. sint ei spes. qs fructu.

De monacho apostata q in bello .ij.
 cofessus. et in cofessioe contrit. elegit duo
 milia annoru in purgatorio. .iij.

Item de mocho apostata qui in miraclo
 sa Bernardi contritus extra ordine mor-
 tuus. et in dicali habitu sepult' effossus
 in tonsura et habitu mochi apparuit. .iiij.

De sacerdote qui dixit. si peccata sunt peccata.
 nuq saluabit' anima mea. .v.

De luxurioso sacdote cui columba i die
 natalis dnu tribz uicibz sacramentu alta-
 ris tulit. et p conuersione restituit. .vi.

De hildebrado latrone ipenitete. et pe-
 na eius post mortem. .vii.

De godeschalco usurario qui sede ignea
 sibi in penis ppatam uidit. .viii.

Qua graue peccatu sit usura. .ix.

De pabla lotoldi wormaensis epi. .x.

De scolari parisiensi qui ob nimia cotri-

cione confiteri no potuit. cui peccata incedula
 scripta diuinitus sunt deleta. .xi.

De muliere que de filio concepit qua ino-
 cencius p ob pccam conuersione a pccati pena
 iudicauit absolutam. .xii.

De conuersione nobilis iuuenis q xpm nega-
 uit. et p intercessionem be Marie uigis gre re-

Quid augustini sen .xiii. stituit est.
 de sera penitencia. .xiiii.

De henrico conuiso q peccata distulit usq
 ad mortem. .xv.

De canoico parisiensi .xvi. ad mortem.
 qui sacramentis in fine pccans. i pe mor-
 tem cuida appuit dices se ob non ueram
 conuersione dampnatum esse. .xvii.

De milite remense qui in pscencia sa
 Bernardi comunicas contritus decessit. .xviii.

De conuersione philippi comitis flammensis.
 De conuersione orone conuictus de he .xix.

De conuersione orone conuictus de he .xix.
 menrode. q tempore salmans cor frederici
 impatoris mutauit. .xx.

De religiosa feina que ter in ebdoma obti-
 nuit mocho lacrimas infra matutina. .xxi.

Item de femia que dono walthero albi
 uilariensi impetuit a dno gra lacrimarum.

Item de monacho qui eidem wal-
 thero eandem gratiam obtinuit. .xxii.

De mocho ad cui lacrimas dyabli res-
 perit. ai cor ei i ani gla extolletur. .xxiii.

De clerico qui puella iudea stupuerat.
 que ai iudei accusae uellet in ecclesia. ia
 contritum. obmutuerunt. .xxiiii.

Item de uigie hebreica a qda ipregnata.
 qm ai pentes pccata credent messia pepit

Item de puella iudea apud .xxv. filiam
 louania baptizata. .xxvi.

De puella in Linse baptizata. .xxvii.

De clerico q dixit epos alemanie n posse
 De mocho clareuallis .xxviii. saluari.
 qui no acieuit recipere episcopatu. .xxix.

De ep̄o lonlardiē qui ostēdit xp̄iano ep̄o
mogūtinēsi noīa s̄ cōmissor̄ i cartula scripta.

Uisio auidā de sc̄sinate romani .xxx.
imperi. de calamitate dyocelis coloniēsis.
de terra sc̄a. et aduentu antixpi. .xxxij.

De cōtencōne sc̄orum anglor̄. cū demōi
bus p̄ aīa auidā usurarij contriti. .xxxij.

De cōtencōne usurarij que buffones ex
elemosinis suis or̄te deuorauerūt. .xxxij.

De cōtencōne theobaldi usurarij parisiēsis.

De p̄cunia usurarij que p̄ .xxxiiij.
annia iurta posita consumpsit. .xxxv.

De contricōne auidā nobilis ab henrico
duce saxonum excecato. De Contricōne
quid sit. unde dicatur. q̄ sint eius sp̄
cies. quis fructus. Caplin primum.

Contricio dicitur in superiori distinctioe
declaratu est conu
sione aliqui p̄cedē
contricōne. aliqui
sequi. et exemplis
plurim. Nūc uō
de ip̄a contricōne
put dñs donare dignabit dice p̄pono.
atq; eadem que dicitur sum exempli
cōfirmabo. Et hoc scire debes. qd̄ cōtri
cō sit magnū bonū. et p̄fctm̄ q̄nq; dei
donū. desursū descendēs a p̄e luminū.
in quo nō est t̄nsmutacō neq; uicissi
tudinis obumbracō. Nūq; addidit
p̄fctōni. q̄ minima contricō maxima
delet culpā. p̄fctā uero. culpā siml̄ tol
lit et penā. **No.** Est plenius itelli
gē ualeā contricōis uirtutē. p̄mum
michi debes exponē qd̄ sit cōtencō. un̄
dicatur. utrū gratis infundat̄ seu
ab hoīe mereatur. quot sint ei sp̄s.
ul̄ quid op̄etur in p̄cōre. **Monachus**
Contricō est cordis penitudo. scilz

dolor de p̄cōis. p̄m̄ surgēs ex timo
re gehenne. p̄m̄ ex amore celesti
patre. **No.** Est ne aliq̄ disse rēcia int̄
penitūdine et penitencā. **No.** Cū
penitudo dolor ē interior. tollēs cul
pam. penitencia satisfactō extior p̄cō
delens penā. **No.** Que ē differēcia int̄
culpi et penā. **No.** Culpa est ipsū
p̄cōm. pena p̄m̄iū p̄cō. Si culpa ē mor
talis. delet̄ et p̄ p̄m̄io pena eterna.
Hanc deus p̄ cordis penitūdine i penā
conicit̄ tempale. Hanc si insufficiens
fuit cōtencō. delet̄ exterior satisfactō.
Hec est penitencia. q̄si penā tenēs dca.
No. Unde dicit̄ contricō. **No.** Cō
tricio dca est q̄si siml̄ tricio. cōponit̄
autē a con qd̄ est simul. et tricio. eo qd̄
de om̄ib; p̄cōis cor siml̄ teri delet̄ p̄ do
lorem. Qui de p̄cō uno dolet et non
de altero. nequaq; concedit̄ qd̄ in corde
hūc sit contricō. Non delet̄ p̄cōi diui
dere culpā. quia deus nō diuidit indul
genciā. Siml̄ enī totū dimittit̄ debitū.
No. Si simul conterendū est de om̄ib;
quid est qd̄ psalmista dicit. lauabo p̄
singlās noctes lectū meū. lectū sicut
nobis exponē soles appellat cōscēciā.
singlās noctes singlā p̄cō. Si p̄ singlā
deflet ut sic interpolatim abluant̄. q̄
modo p̄ om̄ib; simul cōterit̄. **Monach.**
Una delet̄ esse gnialis contricō que de
leat culpā. deinde singlis si fieri poss;
dieb; lacrimādū est cū thāide ad ab
luendā penam. Unde ezechias dicit.
Recogitabo tibi omēs annos meos.
i amaritudie aīe mee. **No.** Un̄ orit̄
cōtencō. Infundit̄ ne gratis. ul̄ mēt̄
ab homine. **No.** Dicā tibi qd̄ maio
res de hoc sentiant. In iustificacōe p̄c



creatoris dicitur quatuor concurrere: gratie
 infusione: motu surgente ex gratia
 et libero arbitrio: contritione: et peccati
 remissio. Quatuor ista appellantur quatuor
 iustificationes. Prima non meremur quia
 gratis infunditur: nec meremur quia
 ex gratia et libero arbitrio motus quidam
 excitatur. Motus istum licet non mereamur tamen
 eo meremur tertia iustificatione id est con-
 tritione. Hanc iustificationem memur:
 et ea memur quarta iustificatione scilicet
 remissione peccatorum. Ob hoc dictum est ma-
 rie. Dimissa sunt ei peccata multa quia dilexit
 te multum. Contritio esse non potest sine di-
 lectione. Ecce habes quia contritio
 meretur. Et hoc scire debes quod una iusti-
 ficatio alteram non praecedat tempore sed natura.
Ho. Vellem in ista plenius exponi. Sed
 aliqua similitudine. **Mo.** Aduerte que
 dico. Pluuia terre infunditur et ex utroque
 herba gignit. Deinde ex herba fructus
 producit. Quid pluuia nisi gratia quod terra
 nisi liberum arbitrium. Ex pluuia et tra-
 gramine gignit et ex gratia et libero arbitrio
 ut donum est motus contritionis oritur.
Mo. Jam pendo quod maxima virtus sit con-
 tritio. **Mo.** Tanta est eius virtus ut
 sine illa in adultis qui actuale addide-
 runt originali in fructuosus sit baptis-
 mus. Sterilis confessio. inutilis satisfac-
 tio. Baptismo igitur contritionis baptiza-
 tus est latro in cruce: maria magda-
 lena ad pedes saluatoris. Ad culpam
 quolibet magna sit delectat contritio sub-
 iecto docebis exemplo. **De mocho apos-
 tata qui in bello confessus. et in confessione contritus.**
elegit duo milia annorum in purgatorio.
 uenientis quidam nobilis **Caplin. ij**
 confessus est in quadam domo ordinis nri.

Alebat autem episcopi quendam cognatum
 a quo unice amabat. Qui cognita eius
 confessione ad monasterium uenit: et ut re-
 daret ad seclum uerbis quibus potuit suaserit.
 sed persuadere non potuit. Anno placidis ex-
 ploro factus est monachus. et non multo post
 gradatim ascendens in sacerdotem est ordi-
 natus. Qui suadente dyabolo. a quo pri-
 mus homo creatus est de paradiso. obli-
 uoti. oblitus sacerdotum. et quod primum est
 creatoris sui ordinem deseruit. et quia ad
 parietes redire erubuit. proinde quorum
 multitudo ricta uocatur se conuertit.
 Qui ita datus est in reprobum sensum: ut qui
 prius bonus erat melior: postea etiam
 malis fieret deterior. Accidit ut in ob-
 sidione cuiusdam castris telo percussus et pro-
 fossus. ad extrema deueniret. Depor-
 tatus est a sociis in quidam uillam adhibi-
 tis quibusdam qui ei ministrarent. Et cum nulla
 spes esset euadendi mortem temporalem hor-
 talantur eum ad confessionem: ut salutem illi
 beneficium mortem euadet eternam. Quibus
 respondit. Quod in peccatis possit confessio.
 qui tanta et tam innumera commisit
 scelera. Ad haec illi. Maior est dei misericordia:
 quam sit iniquitas tua. Uix tandem impo-
 runitate illorum uictus ait. Vocate sa-
 cerdotem. Qui cum uocatus adesset. et coram
 infirmo sederet: pius dominus qui potes
 est auferre cor lapideum et dare cor car-
 neum. tanta cordi eius contulit contritio-
 nem: ut sepe confessionem inciperet. et propter
 singultus et lacrimas uocans in uoce de-
 ficeret. Tandem collecto spiritu in huiusmodi
 uerba prorupit. Domine peccavi super harenam
 maris: monachus fui astrictus: et in or-
 dine sacerdos factus. Ordinem peccatis me-
 is exigentibus deserui: et non mihi sufficit

quod apostauit. Et et peccatis me commiseri.
 quos omnes in crudelitate superauit. **Q**
 bus illi tollebant substantiam. ego
 abstuli uitam. Nemini precebat oculus
 meus. Si illi precebat quicquid humana
 ducti misericordie. ego cordis mei impel-
 lente malicia. nemini quantum in me fuit
 peccati potui. Multorum uxoribus et filiis ui-
 olauit. incendijs etiam plurima uastauit.
Enumerabat et alia quanta plima. quodam
 modo natura humana excedentia. **T**a-
 libi sacerdos auditis. peccatorum eius enor-
 mitate territus. sicut stultus fuit. ita
 et stulte respondit. **M**aior est inquit ini-
 quitas uestra. quam ut ueniam mereamini.
Respondit ille. **D**omine litteratus sum.
Sepius audiui et legi. quod nulla sit co-
 pias humane malicie ad diuinam bo-
 nitatem. **A**ut enim per prophetam ezechielem.
In quacumque hora peccator ingemuerit.
 saluus erit. **I**tem. **N**olo mortem peccatoris.
 sed ut conuertatur et uiuat. **R**ogo uos
 igitur intuitu diuine misericordie.
 ut aliquem michi dignemini penitentiam
 iniungere. **E**t sacerdos. **N**escio quod tibi
 iniungere. quod homo perditus es. **R**espondit
 monachus. **D**omine ex quo non sum dignus
 a uobis recipere penitentiam. ego in ipsi
 penitentiam iniungam. **L**igo enim duo
 milia annorum in purgatorio. ut post
 illos misericordiam inuentam coram deo.
Postquam siquidem fuerat inter duas mo-
 las. timore uidelicet gehenne. et spem
nichil presumens tanto uiro respō
dere. **T**antus ei merat amor ius
ticie. ut die quadam. cū nescio quis
ip̄o audiente loqueretur de mala
uita clericorū: quasi ex abrupto lo
quenti responderet. **U**nū est q̄ uice
uituant. **A**c si diceret. **D**e radice ma
la non potest surgere arbor bona.
Nouerat enī paucos esse clericorū. q̄
canonice intrassent: ita ut nō esset
sanguinitate. id est a cognatis introduc
ti: uel chorite. id est per potenciā mag
norū intrusi: uel symoniaci. pecu
nia scilicet uel obsequijs intromis
si. **N**o. **H**oc uiciū his temporibus
ualde regnat in clero. **M**o. **V**erū ē
maxime in illis ecclesijs in quibus

prelati sine electione stipendia por-
 rigit. Rudolphus enim episcopus leodicensis
 in simonia gloriabatur. ut tempore
 quodam prebenda ecclesie sue cuiusdam a
 se uendita. pecuniam ipsam in gremio
 teneret. et multis coram eo politis dice-
 ret. Ego ualde ecclesiam leodicensem di-
 tau. ego redditus illius ampliaui.
 Prebendam enim quam antecessores mei
 pro decem maris uendiderunt. ego ad
 quadraginta maras perduci. Et quia
 uir sanctus paucos considerauit canoni-
 cos simpliciter intrare. paucos
 iudicauit in eis simpliciter uiuere.
Habebat etiam cum zelo iusticie. a-
 more et studium regularis discipline.
 Nam post eum usque ad hec tempora non
 surrexit decanus in illa ecclesia. sub
 quo tantum uigeret disciplina. Etiam
 cum esset in etate occidua. usque ad diem
 mortis sue. non patiebatur se aliquam
 ebdomadam diuini seruitii preterire.
 Sepe missam in conuentu celebrans. alicuius
 brachii ne caderet sustentabat.
 alleluia festiuis diebus sicut ceteri ad
 gradum ipse cantauit. Aliis exercitiis
 de oratorio ipse raro nisi ad prandendum
 erant. et ante altare sancte crucis resi-
 dens illic horam hore continuauit.
 Publice penitentibus ita erat paratus.
 ut frequenter cum illis in porticu sedens
 cartulas legeret. consolationem impen-
 deret. omnium suffragia scribi faceret.
 Tame erat humilitatis. ut cum omnium
 esset supremus tamen etate quam digni-
 tate. exceptis precipuis sollempnitati-
 bus. semper pene loci chori nouissi-
 mi teneret. Vestimenta eius satis

erant despecta et humilima. non
 grisea non uaria. sed ouina. eiusdem
 generis pilleo utens. **Ro.** Quid est
 quod de tanto uiro nullum refert miracu-
 lum. **Mon.** Quis maior iohanne bap-
 tista. Nullum signum fecisse legitur. quod
 de iuda proditore euuangelium prodit.
 Unde quibusdam nunc in christi nomine
 miracula facientibus. ipse in fine dic-
 turus est. Nescio unde sitis. discedite
 a me omnes operarii iniquitatis. Mi-
 racula de substantia sanctitatis non
 sunt. sed signa sanctitatis. **Item.**
Volens dominus militem suum emeritum
 remunerare post laborem. tali illum
 ordine uocauit ad gloriam. In uigilia
 dominice resurrectionis cum exspectaretur
 ad diuinum officium eo quod ebdomada dani-
 us esset. repente cepit uiribus destitui.
 Vocatus est supradictus tenerus.
 qui per tactum uene illius. in tamuis
 mortem sentiens. de sacra functione
 eum monuit. modicum medicine confor-
 tatiue ori eius imponens. Quam-
 cum ille exspueret et diceret. ego missam
 in conuentu celebrabo. respondit. In
 hac uita missam nunquam celebrabitis.
 Quo audito se iungi petiit. et cum
 fratribus psalmos et letaniam decan-
 tauit. Circa horam nonam cum christo red-
 didit spiritum. sociandus spiritibus iusto-
 rum. Sequenti die post sanctam pascha. cum
 rimmularetur. dominus euerhardus sancti
 iacobi plebanus. cuius uita uirtutibus
 plenam in distinctione. iiii. capitulo
 xviii. descripsi. in audientia multo-
 rum tale de illo testimonium dedit. Ho-
 die inquit hic terre commendatur

caro sanctissima que sup terrā uixit.
Et quia de miraculis questio fuit. p^o
mortem signis non caruit. *Item* ∞

Sacerdos quidā et stipendiarius ec-
clesie noīe adam. sicut michi retulit
ore suo: cū tpe quodā uehementissio
capitis dolore torqueretur ad sepul-
chrū eius accessit: et in hūc modum
orauit. *Domine* inquit propter merita
huius sancti uiri: mitiga dolorē capitis
mei. Qui mor exauditus sanus abes-
sit qui infirmus accesserat. Multa
adhuc alia fecit iustus iste opa memo-
ria digna: que studio breuitatis sūm
omissa. *Mo* Utinā essent tales omīs
decani. tam simplices et tam s̄. *Mo*
Recordor miē alterius cuiusdā decani
uiri simplici ac deo digni. de cuius uir-
tutibz quodā michi imper retulit ma-
gister iohes decanus aquensis de ea-
dem ciuitate oriundus in qua idem
iustus fuerat decanus. que tecū con-
municabo. *De uita dñi Hermāni
decani hildenshemēsis ecclesie. vi.*

Fuit m̄s temporibz in hildenshē
meriti ecclesia uir bonus deoq;
carus noīe hermanus: uariis uirtu-
tibus et uirtutū operibz adornatus.
Vigilijs s̄is. orōibz ieiunijs. et quibz
miserere deo omnipotenti studuit pla-
ure. Quibz operibz humani generis
inimicus uentus: cū illū multis mo-
dis impediret. dicere ei solitus erat.
Omniū male dyabole: ut quid tū-
me ueras? Tempe quodam cū arbut-
culam in pomerio suo plantaret.
et trūco illius duas uirgas inserēt
una aruit. et altera cōualuit. *Mor*

signū petens a dño. ait. Rogo te opē
deus. ut si uolūtas tua sit ut sacerdos
fiam: fac ut sicculus hinc aridus re-
uirescat. *Mira* ep̄i clemencia. *S*tra-
uirga arida succo cepit animari: et
tempe suo fructificare. Sic q; uirtus
diuina que aaron p̄mū sacerdotem
per uirgā aridā contra naturam
florentem in sacerdotio confirmauit:
hūc uirū sacerdotio dignū eadem
uirtute preostendit. Post cuius mor-
tem cū quidā eius clericus euehar-
dus noīe cui ecclesiā uinis cōtulerat
uisū perdidisset: et cotidie ad illius
tumbam de sanctitate ac pietate ex-
spem h̄ns. oraret: postulans se p̄ter
merita dñi sui illuminari. sanctus
hermanus die quadā uisibiliter illi
apparens. ait. Quid uis ut faciam
tibi? Dicente ceco. Domine ut uideam:
uoce euāgelica s̄is illi respondit.
Respice: nam fides tua te saluū fiet.
Eadem hora clericus lumē recepit:
et quia dñs mirificasset sc̄m suū in
serpō expertus. qm̄ dñi uirtū gr̄as
egit. Postea cū quidā egrotus ad me
moriam m̄m fuisset deportatus nec
sanatus: consilio cuiusdam iam dō
confessor uotū fecit et cōualuit. f̄m
est ut in anniuersaria die dñi herma-
ni ecclesiam intraret. et cōpulsantibz
campanis cū ille causam inq̄reret:
et quidam ei responderet. hodie est
dies anniuersaria dñi hermanī ecclē
huius q̄nq; decani. uiri boni et iusti. et
dicenda est missa in conuētū pro eo:
respondit homo. Rogo. ut ostendas
michi sepulchrū eius. Quod cū ille

fecisset, et iste ibidem dicitissime ac deuote oraret: cantor ecclesie hoc considerans hominem solus conuenit, causamque orationis inquisiuit et agnouit. Sicque per os peregrini, ostensa sunt merita domestica: et que fratres habuerant hactenus decanum, nunc inuocare ceperunt ut patronum. **Non** kara sunt ista temporibus nostris. **Mo** Ego supradicti decani opera pietatis, huius decani prefero miraculis. Illa enim ut dicit sancti factum: ista sancti ostendit. **Mo** Satis placet quod dicitis: si adhuc aliqua nostri de operibus simplicitatis, referre ne pigritatis. **Monachus** Dicam tibi historiam hominis simplicissimi per naturam: per quam satis cognoscere quantum deo placeat sancta et prudens simplicitas, que habetur per gratiam. **De simplicitate wermboldi canonicus sancti gregorii in colonia. viii.** In ecclesia sancti gregorii in urbe coloniensis, in his temporibus canonicus quidam erant wermboldus nomine: genere nobilis: diues satis in ecclesiasticis stipendiis. Hic tante simplicitatis fuerat: ut nullius rei summam caperet, nisi quantum ex paritate muni, uel iparitate colligere posset. Cum tempore quodam multas haberet pernas in coquina sua pendentibus, ne aliqua ei subtrahi posset, mirauit, et in hunc modum eas numerauit. Ecce perna et eius socia: ecce perna et eius socia: sic quod ceteris. Una ex illis nequitia seruicium subtraxit, cum iterum intrasset: ipse inueniens exclamauit. Una ex pernis meis perdidit. Cui serui subtrahentes responderunt. Domine: bene inuenit.

Illosque educto cum una iterum subtraxit numerum parificasset, et sic inductus secundo eas numerasset, paresque reperisset: satis iocunde dicebat illis. Ego uos domine nimis diu poteram tacuisse. Quando serui sibi conuicia facere uoluerunt: dixerunt ad illum. Domine quare non provideatis uobis, ualde enim infirmus estis. Quibus cum diceret, unde hoc nostis boni pueri? Responderunt. Bene consideramus in capillis uestris: eo quod inflati sunt. Que in lecto reclinares: cibarius delicatis quasi eius infirmitati preparatis, seipsum refecerunt. Audiens tantam simplicitatem rusticus quidam nequam et astutus: et quia seruus eius esset originarius ab omnibus actibus suis confuere. **Mo** potui inquit domine ut res uestre tali modo distraherentur sufferre, uel quod sic negligantur. seruus enim uester sum: iustum est ut nobilitati uestrae seruiam, et que uestra sunt fideliter custodiam. **Quid** plura? **Commissa** sunt ei omnia. Qui noctibus cum dominus eius esset dormitum, ad prunas cum seruis sedit: et potationibus uacauit. Cum uice quadam ioculatore introduxisset, et ille dulcedine fiale dormientem excitasset: surgenti seruus occurrit dicens. Quo uultis ire domine? Respondente illo, me laudiam audio dulcissimam: sed nescio ubi sit, seruus subiicit. Redite ad lectum uestrum: monachi turyenses in organis cantant. **Mo** Dico quod peccent: qui sic simplices irident. **Mo** Hoc seruum teneas. Audi quid sanctus iob dicat. **Deridetur** enim iusti simplicitas. **Sicut** que locum dicit huius gregori

rims. Iusticiam simplicitas irridetur: quia ab huius mundi sapientibus puritans uirtus fatuitas creditur. Omne enim quod innocenter agitur ab eis procul dubio stulticia putatur: et quod quid in opere ueritas approbat. carnali sapientie fatuum sonat. **Notu.** Videtur michi uir iste magis fuisse stolidus quam simplex: quia simplicitas prudentia carere non debet. **Ma.** prudentia in precauendis malis consistit: cuius uirtutis expeers non fuit. Ideo diuino nutu factum est, ut in ecclesia sancti geronis cuius redditus multi sunt et amplii. cellerarius efficeretur. Et sicut legitur de sancto ioseph. cum nichil nosset nisi panem quo uelcebatur nec hoc ad plenum: dominus cui accepta est simplicitas defectum eius suppleuit: et omnia ad que manus suas indit beuerunt. Die quadam intrans granarium ecclesie. cum plures catos in anno na discurrere uidisset: uix horam capituli expectare potuit. Prosterneus se ante pedes decani. officii sui petiuit abolitionem: clauibus resignatis. Dicente decano et fratribus. Bone bene werinbolde quid habetis. cur ista facitis. respondit. Quia non possum uidere dampnum ecclesie. Quale inquit ut dampnum? Et ille. Hodie plures catos uidi in granario: qui totam annonam ueciam deuorabunt. Rogantibus illis et dicentibus. cathi annonam non comediunt sed mundant: ut clauis recuperet uir obtinuerit. Criminiens enim inducerant quod bndixerat eis dominus propter simplicitatem illius. **Vice** quada

am diuersis monete. ex diuersis rebus pecuniam haberet. quidam ex seruis eius partem furtiue tulit et fugit. Quo cognito. cum grauiter lamderetur. consolantibus se respondit. Non defleo dampnum. sed periculum. Denarii datiui non sunt. miser capere. et si pro eis fuerit dampnatus ego reus mortis ero illius. **Notu.** Quis uiri temporibus istis non eligerentur in cellerarios. **Ma.** Sicut mutata sunt tempora: ita et homines. Nam usque hodie frequenter contingit ut sub prelatis et officialibus simplicibus. domus religiose in exterioribus proficiant. et sub astutis et in scola mundi excruciatas non proficiant. **De simplicitate riam cellerarij in bruiwille.**

A pud monasterium sancti **Caj.** in **nycolai.** in bruiwille modicus fuit simplicissimus: nomine riamus. Hunc abbas cellerarij officium iure. Deus uero qui amator est recte simplicitatis. omnia opera eius dirigebat: ita ut tempore prouisionis eius plus habundaret domus in omnibus necessariis. quam antea uel post. Sepius ei serui et mercenarij. annonam unum et alia quam plura furati sunt: uxoribus et liberis suis ea deferentes. Et cum sciret et quibus uideret. et multa cordis precant uidere se dissimulauit: dicens intra se. Isti pauperes sunt et indigent: filiis necessaria non deerunt. Simplex quibus nimis uel isculatori comparatur. Sicut illius uerba uel opera. in eorum ore uel manibus qui isculator non est. sepe displicent: ita est et simplicibus.

Ut sic dicam ioculatores dei sunt: scilicet
 quod angelorum simplices. Quorum opera
 si huius qui simplices non sunt. quandoque
 facerent: haut dubium quod deum offenderent.
 qui in eis dum per simplices fuerit
 delectatur. **de monacho de poereto.**

A poereto monachus quidam **cap. v.**
 fuit tamen simplicitatis: ut singulis
 pene diebus in balneis. que ibi ante
 ostium monasterii naturaliter caleret
 inter pauperes sederet. et pauperum
 dorsa fricaret. capita ablueret: uel
 timeta mundaret. Pro qua re. cum
 tam ab abbate quam a fratribus crebrius
 et acrius argueretur. non propter
 hoc dimisit: sed hys uerbis ualde
 simpliciter respondit. Si ego modo
 desisterem: quis pauperibus ista exhiberet?
 Quod si alius quem simplicitas
 excusare non posset. talia pre-
 sumpsisset contra abbatis sui impe-
 rium: haut dubium quod deum grauiter
 offendisset. Melior enim est obedientia:
 quam stultorum uictime. Quod autem postquam
 simplicis opera deo placuerunt: sequens
 miraculum declarabit. Tempore quo
 dam cum orationis causa esset coloni-
 am: in domo cuiusdam abire hospita-
 tus est. Nocte eadem cum signum matu-
 tinarum pulsaretur in ecclesia beati
 petri surrexit: illucque festinans. cum
 solarem fenestram in quo dormiebat
 uidisset apertam. ostium esse putans per
 eam cecidit: sicque mirabiliter deponi-
 tus. ad ecclesiam uenit. finitibus in-
 stantius rediens: cum ad ianuam domus
 pulsaret. et interrogaretur ab intro-
 mittentibus unde ueniret. uel ubi
 cecidisset. et eius responsione. quod non

per ostium sed per fenestram egressus fuit
 cognouerunt. Ipse sibi tamen eiusdem
 miraculi conscius non fuit. Et cum
 eadem fenestra bene nichil nota sa-
 tis alta sit. non dubium quod a sanctis
 angelis depositus sit: ut impleretur
 in eo quod de capite scriptum est. quoniam
 angelis suis mandauit de te. ut cus-
 todiant te in omnibus uis tuis. In
 manibus portabunt te: ne unquam of-
 fendas ad lapidem pedem tuum. Quoniam
 fidus custos simplicitum sit dominus: sequens

H ostendit relatio. **Vita engelberti**
 homo quidam simplex **cap. ca. r.**
 engelbertus nomine. de prouin-
 cia culpenti natus: ante paucos annos
 defunctus est. Iste cum esset cecus natus
 propter uaria dona quibus horum
 etus interiore illuminauerat gra-
 diuina. in diuersis prouinciis nosce-
 batur: et a multis magnisque perso-
 nis utriusque sexus uenerabatur. In
 cappa simplici et tunica lancea nudis
 que pedibus. tam estate quam hyeme mor-
 debat: et puero se regente sic limina
 sanctorum satis remota sepius uisita-
 uit. Carnibus nunquam uestebatur: non
 lectisterniis. sed modico tamen strami-
 nis. uel feni noctibus utebatur. Ego
 multa bona de eo uidi: et ipse multos
 tamen uerbo quam exemplo edificauit.

Hic remitte adolecentie cum nocte
 quadam in domo matertere sue ma-
 trone diuitis. inter alios eius ser-
 uos se cubitum locasset: in ipso conti-
 nio duo fures parietem subfodi-
 tes ingressi sunt. Qui igne discop-
 to et lumine incenso. altis apertis
 intrepide loquebantur. Quos ut

Sexta distinctio.

predictus engelbertus audiuit. et fures esse non dubitavit cum seruos ex utroque latere dormientes excitare non posset. sub sellio cultello suo profixato collo iniecit: et claua manuum armauit. Et quia illos ut cecus uidere non potuit: duce auditu ad illos tendens et clauam utraque manu uibrans. ex omni parte quidquid tangere potuit quasi furiosus feriens de domo illos eiecit. Quos usque ad foramen secutus dum aditum scala obstrueret. et illi stantes extra domum neminem preter ipsum uigilare sensissent. de tali expulsionem confusi. habito consilio deuiso nisi sicut intrare. Quod ut ille ex motu scale sensit. unam partem scale archemagne in qua continebantur grana. et eam foramini continua supposuit: alteramque utraque manu seruauit. Illos intrantes usque umbilicum engelbertus dorsa eorum. quia proni iacebant per scalam fortiter pressit: et in terram deussit ut non solum eis progressum. immo etiam regressum prorsus admitteret. Qui quasi sub torculari positi. dum mane capi timerent: ueniam postulauerunt. Datus uero terribilibus ueramentis. quod nunquam personam eius lederent. uel domum illam intrarent. dimissi sunt. Mane cum prodeunte engelberto a uicinis nulla arte dormientes possent excitari. et quererentur circa domum maleficia quorum uirtute hec nouerant fieri. supra foramen de tecto pendens. quasi spina humani cadaveris reperierunt. Qua amota. mox omnes excitati sunt. **No** Magna sunt ista ab homine ceco et simplice gesta.

No Magna est quod sequitur. quia ad salutem pertinet animarum: nam multis ante elapsis. ydem fures fama uirtutibus iam dum engelberti excitati eiusque ut opinor precibus compuncti eum adierunt. et quia ipsi essent confessi demceps ducerunt uitam religiosam. Hoc factum mirabile. et alia quedam de quibus in sequentibus dicitur. ab aliis michi relata. et utrum nam uera essent a me interrogatus: ita gesta fuisse simpliciter testatus est. Et quia cum simplicibus sermo conuatio domini est. dedit ei etiam spiritum prophetie: ut dampnum luminis exterioris. claritate oculorum interiorum reconspiciarentur. **T**empe quodam inuitatus a duca Saxonie. uxorē henrici duos. matrona ualde religiosa. inter alia multa. quia unus ex filiis eius imperator esset futurus predixit. Quod postea impletum uidimus in otone: qui henrico successit in imperio. Hic cum post electionem. in maribus fuisset tribulationibus. et pene ab omnibus desperatus. ab eodem ceco confortatus est: eo asserente. quia omnimodis forent implenda. quae iam fuerant preordinata. **A**nte illa tempora cum helswindis de gremenich uidua religiosa. ob discordiam duorum comitum terre nre timeret filius suus arnoldo et fratribus eius. ipsum quoque rogaret ut pro illorum inuoluntate deo supplicaret. respondit. Ne sollicita sis pro ista discordia. quia bene sospicietur: nam alia multo maior in manus est. pro qua non solum filii tui. sed et tota terra concutietur. Hoc impletum est sub iam dicto otone.

et philippo eius in regno adiutario.
Die quadam eunte eo in quadam
 strata colonie. occurrerunt ei plures
 honeste matrone eiusdem civitatis:
 cuncte ad ecclesiam. **Q**ue dum confa-
 bularentur. ait. **S**tate vos domine.
Sciantibus eis adiecit. **L**oquatur illa
 que iam loquebatur. **H**esitantibus
 matronis de qua diceret. ad uerbum
 illius quelibet singulariter. ceteris
 tacentibus. loquebatur. **C**um uentum
 fuisset ad astradam. que hodie sa-
 monialis est in monte sancti walbur-
 gis: uoce eius audita engelbertus
 cunctis audientibus respondit proph-
 etice. **H**ec cum omni domo sua conuerteret
 ad christum. **Q**uod non multo post imple-
 tum est. **N**am cum marito. filio et filia.
 que hodie abbatizat in iam dicto
 cenobio. seruo et ancilla: in ordine
 nuntium uenit. **V**ides quoniam celeriter in ap-
 one oris prefate femine. deus reuela-
 uerit auriculam eius. **D**e statu animarum
 plura dicere consuevit: et non nunquam
 ut autem spiritus erroris siue humanus
 cum fecellit. **N**ec mirum. **N**on semper
 prophete loquebantur spiritu prophete:
 sicut nathan. quod ad hoc spiritu suo
 hortabatur. quod spiritus sanctus mor per eum
 fieri prohibuit. **I**n quadam solle-
 mnitate domine nostre sancte marie. cum mater te-
 ra eius predicta uespere iret ad proxi-
 mam nullam propter matutinas. et
 diceret illi. engelberte cras mane
 uenias ad me: in ipsa nocte ante lu-
 cem. audiuit uocem cuiusdam ad osti-
 um pulsantis atque dicentis. **E**ngel-
 bertere: ueni eamus ad matutinas.
Qua uoce cum non agnosceret. surrexit

tante et secutus est illum: ductusque
 in ecclesiam quadam. in qua audi-
 uit matutinas. primam. tertiam. sextam
 et nonam. **D**emum cum solus reuertetur
 et ubi non fuisset interrogatus fuisset
 respondit. **N**unquam audiui tam pulchre
 cantum. tam suauem melodiam: missam
 tam gloriosam. sicut audiui hodie.
Et hoc sequenti anno iterum ei con-
 gigit. **N**ondum enim susceperat habitum
 religiosum. **Q**uod quadam de lecto
 suo raptus transpositus est iuxta
 castrum molbach: in solitudine sancti
 horrendam. **I**n eodem loco egressa anima
 eius de corpore. uniuersos angelos
 et situs eiusdem solitudinis lustrauit
 et considerauit: ita ut postea eo re-
 citante multi mirarentur. **R**egressa
 anima. dyabolus erranti occurrit di-
 cens. **C**orpus tuum meum est. **I**llo se sig-
 nante. et sanctam dei genitricem inuo-
 cante. adiecit. **M**edia pars capitis tui
 mea est: eo quod pulsata uespa sabban
 fuerit lora. **E**t statim massam picis
 misit in illam. **Q**ue tamen postea cum
 maximo labore deposita est. **C**um
 uero moriturus esset: mater eius sic
 fleus ait. **O** fili dulcissime: modo re-
 cedis a me. dimittens me in maria
 infirmitate. **R**espondit ille. **S**ancta
 maria liberabit te mater. **E**o quod ex-
 spirante. eadem hora sanata est illa
 ab infirmitate durissima: in qua
 nouem annis laborauerat. **L**egi in
 libro uisionum beati alzeline. quod in cele-
 sti mansione sedem uiderit uacua.
 uirtute pulchritudinis et glorie. et dictum est
 ei. quod esset cuiusdam terra de alemannia:
 et statim intellexi de fratre isto engelberto.

Ad. Ut audio multū deo cara est simplicitas. **Mo.** Non solū deo ymmo et hoībz placet: et quā maioris in aurius corū efficacie. qm̄ prudentia secularis. **De dno petro abbate clareuallis.** **De simplicitate aduſarij eius cōpuncti bonis p̄ q̄bz cōtēderāt re**

Dominus petrus nūcrauerūt. **xi.** abbas clareuallis monoculus ex infirmitate. uir sc̄s noīe et re. petri aph̄ imitator et filius columbe: eo q̄ magne et pure fueris simplicitatis. Cū ip̄s et frat̄r̄bz eius miles quidā pro quibusdā bonis contendebat. **D**ixit dies in quo uel miles cū ab ip̄e componeret: uel coram iudice lit̄m intraret. Venit ad diem miles cū amicis suis: uenit et abbas solo monacho quodā simplice secū assūptō. Non tū in equis. sed pedites uenerūt. **Q**uā cū esset abbas uenerabilis pacis et paup̄tatis amator. rerūq̄ trāscūcū contemptor: corā omībz dicebat militi. Homo ep̄ianus es. Si dixeris in uerbo ueritatis. q̄ bona ista pro quibz contencio est. tua sunt. et tua esse debeant. bene sufficiat michi testimoniū tuū. Ille magis curans de bonis obtinēdis qm̄ de uerbo ueritatis: respondit. In ueritate dico. q̄ mea sunt hec bona. Ad quod abbas. **S**unt ergo tua tibi. ego de cetero non repetā illa. Sicq̄ reuersus est ad clarā uallē Miles etiam ad uxorē suā quasi uictor rediens. cū p̄ ordine recitasset. qd abbas dixisset uel quid ip̄s egisset: illa territa ad uerba tam pura et tam simplicia respondit. **D**olose egisti contra abbatē sancti uicini diuina nos

punit. Nisi monasterio bona sua restituas: consortio meo carebis. **C**ertus ille ad clarā uallē uenit: bonis uero renūciauit: de indelicta sc̄i abbatis ueracitate ueniā postulauit. **U**t iste uir. temporibz senioris mōrū uisitauit in clauſtro. Erat autē sc̄m carnē nobilis. et consanguineus philippi regis francie: qui precipuus amator erat sc̄i simplicitatis. **De philippo rege francie qm̄ abbas sc̄i uictoris sup̄ hūc taciturnitate edificat aduſarios et cōpescit.**

Reculit michi constantinus **xii.** monachus noster. q̄ eo tempore quo parisijs in studio fuit. iohānes abbas sc̄i uictoris. qui natione thethonicus est. cū quibusdā nobilibz et magnis uiris pro magno alodio coram rege philippo placitauerat. **Q**ui cū secū addurisset quosdā ex fratribz uiros litteratos et uirū peritos. haberentq̄ aduersarij aduocatos in causis ex eritatos. p̄nibus hinc inde respondentibz. abbas simpliciter sedens. nec omī uerbū ad allegata respondit: ita ut magis uideretur uacare orationi qm̄ allegacioni. **H**oc cū rex considerasset: dixit abbati. **D**ne abbas. quare uos nichil loquimī. Respondente abbate. multū leuiter et ualde simpliciter. **D**ne nescio quid loqui: edificatus rex et cōpunctus. subiecit. **R**euertimini uos in clauſtrū ur̄m: et loquar pro uobis. **P**ost quorū discessū. rex itā simulans dixit militibz. **E**go p̄cipuo uobis sub interminacione gr̄e mee: ne de cetero sc̄m abbatē istū inq̄erēt.

Sic q̄ fr̄m̄ est. ut bona que fratres
obtinere non poterāt p̄ multas que-
rimonas: sola apud regē obtineret
abbatis simplicitas. Et est impletū
in eo illud moysi: alius pugnabit
pro uobis. et uos tacebitis. Alius ti-
bi adhuc ostendā exemplis. qualē
locū uenerationis in corde eiusdem
regis. uirtus obtinuerit simplici-
tatis. *Itē de eodē q̄ laudunēses r̄hos
comēdant ob simpliciē electi sui*

Tempore p̄ntationem. xiiii.
Quodam clerico laudunēses
episcopo suo defuncto. quēdā ex suis
fratribz canonicū simpliciē. in ep̄m
eligentes. sub hys uerbis predicto
regi illū presentauerūt. Dñe. nos
presentamus uobis dñm̄ emelricū
electū nr̄m̄. Hoc ei nomē erat. Rege
taceite. et formā illius presentatio-
nis considerante. tandē respondit.
Quē presentatis michi: Dñm̄ emel-
ricū. Et rex. Vultis aliquid plus
dicere: Illis timentibz ne forte aliqd̄
regi displiceret in persona. uel i uerbi
presentationis. responderūt. Nichil
dñe. Tūc rex ait. Raro audiui talē
presentationē. Quando aliquis
michi presentatur electus. nomē
dignitatis eius exprimitur ab electo-
ribz in hūc modū. Dñe. nos pre-
sentamus uobis dñm̄. N. archidy-
aconū. prepositū. decanū. scolasticū
nr̄m̄. Fateor uobis. satis michi pla-
cet tam simplex simplicis canonici
presentatio: et ideo spero. q̄ a deo
facta sit ip̄a electio. Nostis qualiter
in tam dictis dignitatibz electiones
celebrentur: Si scolasticus est. cau-

las canonicorū suorū fouēdo. tum
propter literaturā. tum propter
compatā amicitia ab ipsis in ep̄m
eligitur. Si decanus est: ypocriti sua
fratrū excessus dissimulando. cog-
natos et amicos introducat: a qui-
bus sublimatur. Si archidyaconus
uel prepositus est: utpote uir no-
bilis parentū potentia magis in-
trudatur qm̄ eligatur. Ecce hec est
causa. quare capita ecclesie sunt in-
firma. Demde conuersus ad electū.
ait. Dñe emelrice. quia electio ur̄a
uideretur michi esse simplex. rationa-
bilis. et canonica: non uobis deo-
ubiāq̄ mei indigneritis. Lambertus
monachus noster qui michi
hec retulit eodem tempore dicit se
fuisse parisius. Qualis uero ac qm̄-
tus fuerit huius regis circa simpli-
ces affectus: sequentis op̄is decla-
rabit effectus. *Itē de eodē rege q̄
simpliciē mōchū i abbate s̄i dyoni-
sij promouit p̄latis abbas p̄u-*

Ante hoc *it̄ anionis. xiiii.*
triennū defuncto abbate sancti
dyonisij. gentis francoꝝ apli. cum
dimissa illa abbacia uacaret. et
ad eam plures aspirarent. uenit ad
regem sepeditū is qui in congrega-
tione uidebatur esse prior. ip̄o
situs uidelicet: pro abbacia
supplicans et dicens. Dñe. ecce quin-
gentas offero uobis libras: ut pro-
picius michi sis in hac abbacia.
Cui rex nichil promittens sed symo-
niaci muneris receptione quasi i
are spei ponens. respondit. Date
pecuniā camerario meo secreta. hec

cedente igitur preposito. et quasi de regio favore certificato. cellerarius de hys nichil sciens. eundem regem adiit. et preposito similia petens. sillem pecunie quantitate obtulit. a quo simile responsu accepit. Nouissime uenit thesaurorum infidus custos. et ipse pro abbacia regi quingentas libras offerens. cui sicut superioribus respondi est. Et licet rex sicut homo prudens desimularet. plurimu tamen ei displicebat triu illorum monachorum ambicio. et proprietatis uicium. ymmo tam execrabile furtiu. sciens oblata pecuniam monasterio fuisse subtrahatam. Prefuit tamen conuentui die in qua eis abbatem constitueret. eo quod abbacia in manus eius deuoluta fuisset. Sedente rege in caplo. uerbis ad hoc idoneis premissis. cum diligenter circumspiceret. et personas consideraret. tres predicti monachi. in summa expectacione erant positi. singuli per momenta singula. abbaciam sibi sperantes esse porrigendam. Et licet spes scia non confundat. omnes tamen in sua expectacione sunt confusi. Nam rex uidens monachum quedam simplicem in angulo capli residentem. et nichil minus quam de abbacia sperantem. inspiratione diuina ut surgeret. precepit. Stante illo cum uerecundia coram principe. dictu est ei ab eodem rege. Dne. En comuto uobis abbacia scilicet dyonisi. Quo audito. homo ille simplex cum rege non assentiret. ymmo fortiter reclamaret. asserens se personam esse humilem. priuata et despectam. atque ad tanta dignita

tem inuis dignu. inuisque inuenientem. se recuperando. apud regem commendauit. Et coegit eum. Postea subiecit. Dne. ecclesia ista debitis plurimis est obligata. nec est unde soluantur. Cui rex subridendo respondit. En in instanti. mille quingentas libras uobis dabo. et cum necesse fuerit. uobis accommodabo pecunia. in super consiliu et auxiliu impendam. Precepit quoque camerario supradictam pecunia ei asserre. Adhuc puto uiuit. et forte per eum domus illa melius regitur. quam per illos esset regenda. qui ad eius regnum aspirauerant. Occurrit michi et simile hunc in hoc exemplo. **De simplici monacho cui fridericus imperator contulit abbaciam**
Ante hec occasione accidit. Cap. xv.
Antea cum sub imperatore friderico hucus friderici auo. una ex imperialibus abbas uacaret. duosque essent. nec concedere possent. unus illorum magna summa argenti. quam in monasterio congregauerat. eide friderico obtulit. quatenus sibi assisteret. Et promisit ei pecunia accepta. Postea intelligens aduersariu eius uiru esse bonu. simplicem. et ordinatu. cepit cum suis habere consiliu. qualiter indignu amoueret. et ob uirtutes suas electu confirmaret. Et dixit ei quidam. Dne. sicut audiui. monachi omnes ex regula tenent acris portare. Sedente uobis in caplo dicite illi incedimato monacho. ut ad punctione digitoru uestrozu acun suam uobis accommodet. et si non habuerit. inuenietis contra cum

occasione, quasi de irregularitate. Quod cum fratrem fuisset, et ille non haberet, ait alteri. Domine, prestate uos michi aciem uestram. Quam cum ille moreretur, forte premunitus, respondit imperator. Vos estis monachus in ordine iustus: et ideo tanto honore dignus. Ego decreueram honorare aduersarium uestrum, sed ille irregularitate sua se reddidit indignum. Bene apparet in his minimis quam negligens et dissolutus sit in maximis. Tali quoque sophismate, monachum astutum imperator amouit, et simplicem in abbatem promouit. **Non** Ignorauit hactenus tantam fuisse uirtutem in acie. **Mo** Virtus non est in acie, sed acies signum uirtutis id est humilitatis est in monacho. Ad refecturam uel uestimenta sua dissoluta portat illam. **De abbate quem octo imperator comedauit propter aciem. xvii.** Octo antecessor in imperio uirum eius friderici, qui nunc imperat, die quadam cum tres abbates ordinis nostri illi loquerentur, uolens illos probare unum illorum dicebat. Domine abbas, concede michi aciem uestram. Respondere eo non habeo domine, rogauit secundum qui eam non habuit. Tertius uero requisitus cum haberet aciem, respondit ei imperator. Vos estis uerus monachus. Ecce hoc est quod iam dixi aciem in monacho signum esse uirtutis. **De monacho super quem moriente dyabolo ignita aciem precat eo quod uiuere non potuit.** **R**etulit michi uir quidam. xvii. Religiosus de quodam monacho ordinis nostri rem satis terribilem, que

huic loco satis congruit pro exemplo. Cum aciem secundum monachorum consuetudinem, famis portare non curaret, uel forte contempneret, posito eo in agonia dyaboli affuit, et aciem ignitam ad humani corporis longitudinem manu ferens, iecit super illum dicens. Quia aciem noluit portare famis, feras hanc aciem moriturus. Qui uisum astantibus referens, terruit omnes. **Mo.** Si hec ita se habent, de cetero sine acie non eris. **Mo.** Monachus nisi necessitas excludat sine plenitudine ordinis esse non debet. **Mo.** Recordor monachorum super dictorum, qui pro abbatibus adipiscendis pecunias obtulerunt. Possuntne monachi ordinis nostri, qui pecunias non habent, in talibus symoniis facere? **Non** Possunt utique, quia sicut symonia est corporalis, ita et mentalis. Hec facit ut monachus ad dignitates aspiret, et qualiter adimplere possit diligenter excogitat, uel quod periculosus est ut fiat, ingeniose procurat. De hoc tibi referam exemplum, quod nobis retulit dominus karolus abbas uilariensis tunc recenter gestum. **De abbate quem inclusa symoniace intrasse dicebat eo quod clericum suum astute percelleret.** **A**bbas quidam ad quendam **rom** ueniens inclusam, quam uidebat feminam esse sanctam, et diuinis reuelationibus affluam, ait illi. Precor te scire, ut deum roges pro me, quatenus tibi ostendere dignetur, si ei placeat et michi expediat manere in officio huius abbacie.

Mox illa surgens. abiit et orauit: celeriusque conuersa que sibi fuerant reuelata abbati manifestauit. Non est inquit uoluntas dei. neque expedit tibi. ut in hac abbacia manearis: neque saluare poteris in ea animam tuam. Quare? Quia symoniace intrasti. Abbate stupente super hoc uerbo ac dicente. quid est quod loqueris soror? Non enim michi alicuius symonie in electione mea conscius sum. Respondit illa. Ego tibi ostendam symoniace te intrasse. Mox uero antecessore tuo tu ad abbaciam aspirans. non simpliciter ambulasti: sed fratres tuos simplices tali modo nimis astute curu uenisti. Non est necesse archas ut aliquam personam extra domum meam que ualde honesta est eligamus: ne nos ipsos confundere uideamur. Tibi enim constabat. quia si electio fieret in domo: non aliam nisi tuam personam esse eligendam. Ecce sic factus es abbas. Quod ille audiens confessus est. et non negauit. Statimque patrem abbatem adiens. donec absolueretur petere non cessauit. **No** Si abbas iste ad abbaciam aspirando tam gra uiter peccauit: quid est quod apostolus dicit. qui episcopatum desiderat. bonum opus desiderat? **No** Apostolus non reprehendit episcopatum. sed desiderium: quia in illo attendit laborem. in isto ambitionem. Unde mox subiicit. Qui petit episcopatum irreprehensibile esse solitum. pudicum. prudentem. continentem. humilem. hospitalem. doctorem. et cetera. Item sanctus benedictus in regula. licet nemo sibi assumere debeat

honorem. sicut hodie heu multi faciunt: sed qui electus fuerit a deo sicut aaron. uidetur tamen quod aliquis possit desiderare sine periculo humilium dignitates. ad hoc tantum ut proficit non ut presit. Teste saluatore. si oculus tuus fuerit simplex: totum corpus tuum lucidum erit. **No** De hoc audire delectat exemplum. **No. De episcopo parisiensi qui scripsum simpliciter**

Dum nostris elegit. **Sapient. xix.** temporibus parisiis uacaret episcopatus. et electores inter se concordare non possent: tribus sua uota commiserunt. Qui tres cum in unam conuenire nequirent personam: magistro mauricio qui iunior tunc erat duo cederunt suam auctoritatem: ut quemcumque ipse nominaret. episcopus esset. Et quia idem mauricius. ut rei exitus comprobauit. magis uidebat prodesse quam preesse. seipsum nominauit dicens. Aliorum conscientias et propositum ignoro. episcopatum huic gratia dei me adiuuante irreprehensibiliter regere propono. Quod et fecit. Sancte enim uite fuit. tam uerbo quam exemplo plurimum profuit: dies suos in eodem episcopatu clausit. Et etiam hoc noueris. quod sepe a liberos. a suo desiderio nutu dei fraudentur: et si promoti fuerint. eius permissione uix euadant. quin in ipsius dignitatibus periculose tribulentur. uel cum confusione deponantur. Audi de his exempla. forte aliquibus necessaria. **De astuto pōre si psonā obī**

Patris quidam **firmaretur. xx.**

ordinis nri defuncto abbate suo ad
abbaciam aspirans. cum tempore elec
tionis. a uisitatoe sicut ceteri senio
res de persona idonea interrogaretur:
corde columbino monachum quendam
de domo eadem ob infamiam electum
nominauit. Sciebat enim prioris
auctoritatem non esse modicam: et
si aliquem de comitatu nominaret. per
hoc suam electionem posse infirmari.
Scilicet est mirum ut creditur diuino. ut
ceteri eius exemplo eandem personam
eligerent. dicentes intra se. Prior o
culus noster est. nec talem personam
nominasset. si ei de illius innocentia
non constaret. Forte si idem prior si
pliciter ambulasset. factus esset ab
bas. Et satis puto. quantum ex uerbis
cuiusdam abbatis qui michi retu
lit conicio: quod tantum fuerit cruciatum
in eiusdem monachi promotione.
quantum ille tribulatus existenterat
in sua electione. Ecce sic astutos et
dolosos. punit etiam in presenti deus.
De tribulatione et confusione et de
lectione prelatorum ecclesie. hodie ma
gis quam ante nostra tempora habundant
exempla. Et hoc forte ideo. quia dei
uoluntas in illorum promotione non
fuit. Ipsi regnauerunt. sed non ex me.
principes existerunt et non cognoui.
Verba sunt dei. per os iheremie pro
phete. **Non** Cum deus in uirtute
simplicitatis. sicut probatum est exem
plis plurimum delectetur. puto quod in
uicio ei contrario plurimum exacer
betur. id est in astucia. **Non** Vicium
simplicitati oppositum. duplicitas est:
autem sodalis est astucia. **Non** Unde

dicatur duplicitas. **Non** A duplici
plicia. Simpler enim hoc quod dicit. si
intendit hoc agit. Duplex autem.
aliud habet in corde. aliud in ore. A
liud agit: et aliud intendit. De quo
per apostolum iacobum dicitur. Vir
duplex animo. inconstans est in
omnibus uis suis. bonum enim silar:
ut simplices efficacius decipiat.
Unde per ecclesiasticum dicitur. Ne
peccatori. terram duabus uis ingre
dienti. Tales sunt illi. de quibus dominus
dicit. Attendite a falsis prophetis
qui ueniunt ad uos in uestimentis
ouium. intrinsecus autem sunt lupi
rapaces. Tales sunt multi ex his
barbatis. qui in habitu et tonsura
religionis. terras circueunt. et pluri
mos decipiunt. Et quibus nostris tempo
ribus multi sunt propter sua male
ficia interfecti. Et licet quidam ex
huiusmodi uiatoribus uiri sint sancti
et sine felle. propter malos tamen
despiciuntur. Hinc est quod anno preterito
dominus engelbertus coloniensis archi
episcopus in synodo sua precepit. ne
aliquis illorum in sua dyocesi hospi
tio receperetur. **de homine qui sub typo
simplicitatis hunc plures decipit**
Cap. xxi.
Non sunt multi anni. Delapsi. quod quidam sub typo reli
giositatis hunc uenit: et simplicita
tem simulans. orando uigilando.
atque ieiunando plurimos decipit.
Quem cum canonici eiusdem pagi
talem esse putassent. qualem se si
mulauerat: hospitale illi pauperum
comiserunt. Cui etiam plures senila
rum pecuniam dederunt reseruanda.

Paruo emerso tempore cepit ille si-
 mulator a simulato rigore discedere:
 libere uinum, comedere carnes, orare
 rarius, dormire diutius. Quod cum
 ei fuisset obiectum: respondit, Ego ad
 tempus a sacerdote huiusmodi ob-
 seruantias suscepi. Quid plura?
 Tandem clauicula discessit, pecuniam
 commendatam detulit: et quoniam damp-
 nosum esset uicium duplicitatis, opibus
 ostendit. Quo audito, christianus ta-
 le uerbum respondit, Eya frater, certe
 animam meam pro nullius anima da-
 bo. De huiusmodi trufatoribus plu-
 rima deceptionum genera, tempibus
 nostris gesta tibi dicere possem: sed non
 sunt edificatoria. Vis nunc audire
 quali pena deus sepe punit in pre-
 senti uicium duplicitatis et astutiae?
Mo Volo et desidero. **Mo** Audi
 ergo, de homine qui per serpente punitus est
 in collo quia dolose egerat in matrem
 uenens quidam secularis **Cap. xxi.**
 de mosella natus, si bene memin-
 erim nomine henricus, matrem simpli-
 tem uerbis quidem mellitis, sed in-
 tentione uenenata, tali modo circū-
 uenit. Mater inquit peto, ut omnibus
 tuis bonis, feodis scilicet et allodis
 sollempniter renuncies, et me illa
 suscipere sinas, ut sic eorum gratia
 uicium ducere ualeam honestiore.
 Omnia mea tua sunt: et ego tibi ho-
 nestius prouidebo. Mater in filio
 serpentis astutias non obseruans
 petitionibus eius annuit, omnium suorum
 uisum fructu aruo resignato: immemor
 diti sapientis, melius est ut roget
 te filii tui quam te resignare in manus

illorum. Quid plura? Sponsa intro-
 ducatur: et mater expellatur. Que
 cum egeret et cotidie plangeret, ille
 aures obturauit, ne gemitus ma-
 tris audiret. Die quadam cum uxor
 in mensa sedens, et ostium pulsam-
 tis uocem matris intelligens: ait
 Ecce iterum dyabolus clamat ibi.
 Oritur puero. Vade et pone pullum
 istum in cistam: donec recedat. Quod
 cum factum fuisset, et illa intromissa,
 dum filio supplicasset, ut si misere-
 reretur, cum multo uerborum turbie
 expulsa est. Tunc ille ad puerum refer-
 inquit nobis pullum. Puer uero ut
 cistam aperuit, non in scutella pul-
 lum, sed serpente complicatum
 respexit. Qui territus rediens, quod
 uiderit domino renunciauit. Postquam
 missa ancilla, dixit se similia ui-
 disse. Ille sibi putans illud, cum
 indignatione. Etiam si dyabolus
 fuerit, ego collam eum. Et surgens
 a mensa, mox ut se in cistam adle-
 uandam scutellam inclinauit,
 serpens collo eius insiliens, ut uici-
 um duplicitatis congrue puniret,
 circa eius gutture se colligando du-
 plicauit. Cum comedente comedit
 et quociens ei subtraherentur a-
 baria, uel adhibebantur aliqua
 quibus deponi deberet instrumenta:
 ita collum hominis strinxit, ut in-
 mescente facie oculi de sedibus su-
 is induerentur. **Mo** Si merito autem
 uidetur michi punitus per serpente,
 quia sicut dyabolus per serpente
 etiam decepit, ita per istum mulierem
 simplicem circūuenit. **Mo** Hæte

de simplicitate.

senis. Nam tredecim anni sunt elap-
si plus nec minus. ex quo ista contu-
gerunt. Nam ductus est idem hericus
in carruca p[er] provia[m] utram. ad
diversa sanctoru[m] lumina: et uideret
cum milia. Quem predicta mater pe-
ne eius compaciens: materno af-
fectu sequebatur. Circa eadem t[em]p[or]e
uicium duplicitatis et astucie. a su-
perdicto philippo rege francie. tali
ordine deprehensus: terribiliter est
punitu[m]. **de preposito parisiensi que**

rex philippus uiuum ifodi iussit eo q[uo]d
mortuo dolose uinea abstulisset. Ca.

Habebat idem rex in ciuitate xpm
parisiensi prepositu[m]: qui cui-
dam sui concuius uinea[m] concupis-
cens. ut sibi uenderet illam iportue
nimis instabat. Respondente que-
sicut naboth respondisse legitur
achab regi israhel. uiuit d[omi]n[us]. quia
non uendam tibi patru[m] meorum
hereditatem. eo q[uo]d nulla me ad hoc
compellat necessitas. Prepositus
minas intulit. sed non profecit. Co-
ngit ut interim homo moreretur.
Quo cognito prepositus effectus hy-
lario: huiusmodi dolos. sicuti h[ab]et
astutus nimis. ad sui p[er]niciem erco-
gitauit. Duos siquidem ex scabins
ut sibi testimoniu[m] falsitatis ferret:
pecunia corrupit. Cui quib[us] sicut co-
ductu[m] fuerat. mox in tempesta noc-
te defuncti sepulchru[m] adijt. et saccu-
lu[m] pecunie quam uiuo pro uinea
obtulerat. terra cincta in fossam def-
cendit. et in manu potiens mortui
ait. Testes estis uos d[omi]n[us] q[uo]d tantam
pecunia[m] homini isti pro uinea sua

tali dederim: quam ip[s]e quidem ut uos
uideris. manu sua recepit. nec aliqd
contradicit. Dicentib[us] illis testes su-
mus. mox recepit pecunia[m] et reiecit
terra[m]. Mane testibus eisdem adhi-
bitis. uineam sibi uenditauit. Qu-
a[m] relictam defuncti didicisset. stupes
accurrit. et contradixit: asserens
neq[ue] maritu[m]. neq[ue] se uineam illam
preposito uendidisse: neq[ue] unquam
pecunie aliquid pro ea recepisse. Cui
ille respondit. Ego tanto uineam
comparauit: pecunia[m] sub testimonio
horu[m] scabinozu[m] in manus uiri tui
posui: nec contradixit. Que se nich-
il uidens proficere. ad regem cucurrit
de uolencia prepositi illi coqueres
Illo sub predictoru[m] testimonio con-
tradicante: rex quia audientie ua-
care non potuit. quibusda[m] causa[m]
commissit. Qui testimonio scabino-
ru[m] decepti. in partem prepositi de-
clinantes. pro eo contra iudicium
dedere sententiam. Tunc illa ap[er]tius
turbata. cum regi nimis esset ipor-
tuna. rex testes uocari iussit: et qui
uir prudens erat. prudenter illos
examinauit. Acito prius uina. et
solus loquens cum solo. ait. **Agisti**
diuicam oratione: Respondente il-
lo. noui d[omi]n[us]. subiicit rex. **Quid ergo**
illam me audiente. Quod cum fecis-
set: nichil aliud ei loques uocant
ut in uicina camera secederet. Et
aduocans alteru[m]: seuerius eum
allocutus est dicens. **Socius tuus**
**de uinea illa tam uera[m] michi re-
tulit ueritate:** sicut est. **Sanctus pater**
nostrus: quo nichil est uerius. **Et si**

ab eo discordaueris: punieris. Esti-
mans ille, quia regi omnia dirisset:
tremens ac tremens ad pedes eius
corruit dicens, Misereamini mei dñe,
quia sic et sic fecimus, a preposito
uestro inducti. Iratus rex ualde, vi-
dite uinea restituit; et prepositum
sepeliri precepit. **No.** Iuste actum est
ut is sine misericordia infoderetur
uiuus: a quo inhumane deceptus
fuerat mortuus. **No.** Pena peccati
a deo est, et fit sepius ut secundum mo-
dum culpe, formetur modus iudicis.
De quo tibi subiungam exempla.

**De fure a patibulo liberato: et de uero
suspecto dum suum liberatorem inique ipse**

Canonius quidam **teret. xxiii.**
Sancti andree in colonia, sicut nu-
chi retulit magister veneris eius
concanonicus: ad colligendam cuiusdam
ecclesie decimam, singulis annis mitte
consuevit seruum. Qui ante quoddam
patibulum transiens et hominem recē-
ter in eo appensum, adhuc palpitare
cernens, misericordia motus, laqueum
gladio incidit: atque allata aqua
refecit. Qui resumptis uiribus
mala pro bonis retribuens, ad pri-
mam uillam liberatorem suum secutus
in equi eius frenum manum misit, et
quia eundem sibi in abstulisset, uo-
ciferatus est. Mor homines circum
quaque accurretes, et de rapina frenie-
tes, sine audientia uenenē ad idem
patibulum de quo fuerat fur depositus
dixerunt. Non dum erant homines alteri-
us uille plene reuersi, qui ad suspē-
ditum iam dicti furis confluerant, et
ecce conuersum ad patibulum quod co-

nunc erat utriusque uille, uidentes mu-
tuū dei reuersi sunt: causam interro-
gantes. Data est homini copia lo-
quendi. Ego inquit hominem istum de
patibulo liberaui: et ecce tam iniquum
beneficium rependit michi. Quem
illi considerantes et cognoscentes,
secundo anni plene suspenderunt: et libe-
ratus est sanguis innoxius. **De
falso peregrino iusto dei iudicio su-
suspecto dum uero pigno crimine impiger.**

Non est diu, quod peregrinus **xxv.**
quibusdam de alemania ad li-
mina sancti iacobi tendentibus: falsus
frater, nocte quadam se sonauit.
Mane exiit de hospicio usque
ad portam ciuitatis illos secutus
uni illorum manus iniect: clamans
sibi equum eundem ab eo esse ablatum.
Et compulsi sunt redire in hospi-
cium a iudice. Testificantibus peregr-
nis omnibus, quod is quem ille imperabat
esset uir simplex et bonus: iudex
prudenter agens fure absente, om-
nium equorum sellas et frena deposuit
sicque in stabulum eos duci precepit.
Quo facto dixit ad furem, Intra
educ equum tuum. Intrauit ille: et ad-
dixit equum foras, sed non tamen
illum quem in porta sibi dixerat fu-
isse sublatum. Non enim plene tunc
eum considerauerat. Tunc omnibus
identibus, et cuius equus esset exco-
tus iudici exponentibus: dolosus ille
patibulo appensus est. **Vides nunc
qualiter deus in simplicitate am-
bulantes protegat, et male astu-
tos puniat.** **Noni** Recordor te su-
perius dixisse penam peccati esse

a deo. **Ad** a deo sit omnis pena
 peccati. testis est amos propheta dicens
 Si erit malum in ciuitate quod dominus
 non fecerit. Item dominus per ysaiam.
 Ego dominus formans lucem et creans
 tenebras. faciens pacem et creans
 malum. Malum dicit penam et tribula-
 onem. que patientibus uidentur ma-
 la: licet in se sint bona. utpote dei
 creatura. **Ad** autem a deo sit peccati
 pena: tibi exemplificabo. **De bertol-
 yho palatino cui dimittis preceptum e-
 ut homines primo sibi obuiantem suspenderet.**

Bertolphus palatinus. **Cap. xxvii.**
 De wittillimbach. iudex erat
 seuerissimus. ita ut furibus etiam
 pro dampno unius obuli uitam
 auferret. Et sicut a quodam abbate
 audiui: quociens exiit. laqueos
 cingulo suo appendit. ne reorum pena
 suspenderet dilationem. Die quadam
 mane surgens. et laqueum cingulo
 suo solito subnectens. huiusmodi
 uocem in aere audiuit. Bertolphe
 quicumque tibi egressus de castro pri-
 mus occurrerit: hoc laqueum cum
 suspendas. Qui uocem pro homine
 accipiens. mox ut egressus est: oc-
 currit ei quidam sanctus suus
 primo. Quis uiso uis satis toleret.
 eo quod hominem diligeret: dicebat illi.
 Doleo de occursum tuo. Quare? Na
 suspendaris. Et ille. Quare suspen-
 daris? Respondente illi palatino ne-
 scio. sed prepara te ad confessionem
 et ordina de rebus tuis: quia uoti-
 diuine resistere non debeo. Ille ui-
 dens aliter esse non posse. ait. Iustus
 est dominus. Ego plures in domum meam

declinantes. insequens occidi: multas
 multa rapui: nec tibi domino meo uin-
 qum fidelis exiti: neque pauperibus
 peperci. Et mirati sunt omnes au-
 dientes eius confessionem: et cognos-
 uerunt in eius morte peccati penam
 esse a deo. Et quia idem palatinus
 sine misericordia iudicauit. cum in-
 uentionem philippi regis que occide-
 rat. ab henrico marschalco eius i-
 terficretur: misericordiam quesitit
 nec inuenit. Non est equum iudicium
 nec a deo preceptum. ut minor et ma-
 ior culpa simili pena plectantur.

Ad iam laus ex his iudici. quod deus
 peccatum puniat secundum modum et qualita-
 tatem culpe. **Mouit** hac plenius
 laus in sequentibus capitulis: in quibus
 uis temporibus euidentissime pu-
 nire uoluit uicium duplicis. **De
 theoderico de erempontze qui reuoluto anno
 eade die et uia mortuus est elatus quia
 philippus rex eius industria fuerat inco-**

Tempore salernatis. ductus. xxviii.
Quod erat inter philippum et ot-
 tone reges romanorum. cum colomen-
 ses tum propter obedientiam sedis
 apostolice. tum propter iustitiam
 eorum ottoni factum fideliter assisteret
 et multis dampnis atque periculis
 subiaceret: quidam ex eis a fautoribus
 philippi ut dicebatur corrupti sunt
 occulte. Inter quos uocior uidebat
 theodericus de erempontze. Per cuius
 astuciam tantum laboratum est: ut de-
 sero ottone philippus in ciuitatem
 reciperetur. Ore quidem fuerat cum
 illo: sed corde cum isto. Die quadam cum
 idem philippus patronos ciuitatis

qui circumferbantur. sequeretur: du-
cebat idem theodoricus eum ad matro-
nas respiciens et dicens. Ecce dñe: is-
te est rex meus quem semper optavi.
sua dispensatio dei. Anno reuolu-
to die eadem. per eandem plateam mor-
tuus efferebatur. Et cum in mona-
sterio sancti montalium quod pistina
dicitur. esset sepeliendus: literis po-
rui quos nimis turbauerat est pro-
hibitus. *de hermo ratione cuius preben-
dam obtinuit is que est consilio a cardinali*

An te hos fuerat intrusus. xxviii.
paucos annos. cum petrus
cardinalis de saronia esset colome-
henricus cognomento rario. eccle-
sie marie ad gradus canonicus.
et causarii adiucatus peritissimus.
ad hoc eundem cardinale inducerat
ut eiusdem ecclesie canonicus preci-
peret. quatenus cuiusdam cuius
filium. nullo stipendio uacante. in
fratrem et concanonicum eligerent.
Quod cum illis uisum fuisset absurdum
nimis nec acquiescerent: suspensi
sunt a diuinis. Iudicantes uero ean-
dem suspensionem frivola. unani-
miter prepositum elegerunt. Henricus
autem ut turbatos amplius tur-
baret: solus alium prepositum elegit.
cum quo et pro quo fratrum pacem non
modicum turbauit. Iusto dei iudicio
eodem anno primis omnino defunctus
est. et aperto ore sepultus. obtinuit
que prebendam illius adolescens con-
silio eius intrusus. Audiuimus ueraciter
nulla arte os eius potuisse claudi.
ut omnibus pateficeret. quanta culpa
esset in causis uendere linguam. *no.*

Rogo ut iucio duplicatatis postpo-
sito: ad simplicitatem sermo cedat:
que in causis ut predictum est. etiam
linguas disertas eneruat. *Monia.*
Hoc plenus sequentis capuli decla-
rabit oratio. *De sacerdote uicaria qui
simplicitate uerborum suorum coram innocen-
tino papa ecclesiam obtinuit. xxix.*

Dñs innocencius papa uir lute-
ratissimus. et sermone discer-
ti. sicut michi retulit cesarius mo-
nachus noster. abbas quoque pru-
mensis qui presens tunc erat. ita
in cuiusdam sacerdotis simplici
sermone compunctus est: in eccle-
siam quam propter illitteraturam
perdere merito debuerat. per eam
obtinere. Cui cum quidam clericus
ecclesiam suam. nescio quo pacto
abstulisset: et ille appellatus ab eo
orauit iam dicto innocencio compa-
ruisset. uerbisque compositis et son-
tencius ponderosis pro se allegans.
simplex ille sacerdos sermonem
eius interrumpens ait. Scie pater
ipse non dicit uerum. magna enim mi-
hi fecit iniuriam. Considerans illi
dixit papa simplice honore. respo-
dit. Enarra michi causam tuam.
Et ille. Ego nescio latine loqui. In-
quire inquit ut nosti: bene te in-
telligam. Tunc ille satis timide.
satisque corrupte. hinc uerba uisus
est. Scie pater iste clericus multos
habet ecclesias a quo tunc uerba habuit
et eundem michi rapuit. modo habet
unum cum aliis. Hoc tibi conquere.
Cui papa compassus: ait eius ad-
uersario. Quid ad hec loqueris

frater: Tua auaricia non sinebat
 te pluribus esse contentū ecclesius:
 quum isti pauperi etiam suā aufer-
 res. Tam simplicis nature est: ut si
 causam habuisset iustam nūquā
 uenisset ad curiam romanā. Iusti-
 tia auariciam illi contulit. **P**apio
 tibi ne cum in ecclesia sua de cetero
 inquietes: et ego de ecclesijs tuis dis-
 pensabo. **Q**uo audito. timēs cecidit:
 quia simplicitas pro eius aduersa-
 rio pugnauit. **Novū** Cum simpli-
 cū uerba et opera seculi principes
 tantū uenerentur: puto q̄ illorū
 oratione deus plurimū iocūdetur.
Mo Hoc tibi paulus ostē-
 dit sed et ego recentiorib; tibi paudā
 exemplis. **De simplici oratione conuersi
 qui uinabat xpo q̄a m̄i cōquerēt de
 illo si eū nō liberaret a temptatione.**
In hēmenrode quidā conuersus **xxx.**
 simplex. satis grauitē temptabat.
 Qui stans in oratione. hys uerbis
 usus est. Vere dñe si non liberauēis
 me de hac temptatione: ego matri-
 tue de te conquerar. **P**ius dñs. ma-
 gister simplicitatis et amator hu-
 militatis. ac si timeret apud matrē
 accusari: conuersi quermōniam
 preuenit. temptationē eius mor ni-
 tigans. **A**lius quidā conuersus post
 tergū eius stans. cū hanc orationē
 audisset subrisit: alysq; ad edifica-
 tionē recitauit. **2^o** Quem nō edi-
 ficat tanta xpi humilitas. **Mon**
 Dicam tibi alias simpliciū orōnes
 in quib; adhuc amplius iocūderis.

**De inclusa q̄ xpm q̄siuit i forate
 Magister iohes et inuenit. xxxi.**

nūc abbas s̄a trudonis. cū tempe
 quodam in saronia inclusam sibi
 familiarem uisitaret: et illa fletet.
 ait. **Q**uid habes mulier? **Q**uare
 lacrimaris? **R**espondente illa. ego
 perdidit dñm meū. deuotionis fer-
 uorem notans. **A**bbas sciens illam
 femina esse scām loculariter sub-
 iūxit. **C**ircui angulos cellule tue.
 et dic. dñe ubi es: responde michi.
 forsitan in aliquo foramine iuri
 reperies eum. **Q**ue uerba simplicita
 simplicitate intelligens. post disces-
 sum illius parietes cellule circūis.
 et sicut edorta fuerat dilectū inuo-
 cans. quem quesiuit inuenit: et
 quod perdidit recepit. **S**epe deus
 gratiam suā subtrahit. ut audiu-
 queratur: et inuēta diligentius cul-
 todiantur. **P**ost annos aliquot. cū
 idem iohānes eam uisitaret. et de
 statu eius inquireret: illa hilarit̄
 respondit. **O**ptime. **G**racias uobis
 ago. et sicut me docuistis: ita dñm
 meū inueni. **Q**ui cū uerbū non i-
 telligeret. et illa scdm q̄ predictū ē
 ad memoriā ei cuncta reuocaret:
 subrisit xpm glorificans. qui sim-
 plicibus se conformat. **De simplici
 forate cui in orōne xps respondit q̄
 in kūmede esset in sacculo. xxxii.**
Monasterio sanctimonialiū ordi-
 nis nri. simplex quedam puella
 fuit. ligneam habens ymaginem
 crucifiri. **Q**uā cū frequenter ado-
 raret et deoscularetur. sacculo
 impositam sub stramine lectuli
 sui abscondit. **O**blita uero illam
 ubi posuisset. omnes angulos ino-

nasterij tristis circumiit; quesiuit
sed non inuenit. Die quadam ante
quoddam altare prostrata, cum pro
eiusdem ymaginis restitutione
episcopum cum multis lacrimis interpe-
laret; desiderio puellule condelec-
tans dei filius respondit. **N**on hie
filia; quia in sacello sub stramine
lectuli tui iaceo. Putabam michi
relatum fuisse a priore loci illius, quod
in sompniis uocem precepisset sicut
posuisse me uerolo in amelus uo-
ralibus de infancia saluatoris; sed
sic esse ueraciter intellexi. **N**ox pu-
ella surgens stramenta sua reuol-
uit; et sicut audierat sic inuenit.
Sere hoc est quod dictum est superius
quod quicquid dominus suam subtrahat gra-
tiam, ut auudius queratur et que-
rendo amplius mereatur. **N**o. **C**um
deus in simplici oratione tantum
delectetur; puto quod in conspectu eius
ualde preciosa sit mors illorum.

No Veraciter preciosa; quia uirtus
simplicitatis etiam in martyri pal-
ma et miraculorum gloriam mere-
tur. **T**ria de hoc subiecta exempla.

De passione simplicis marcadelli.

In ferraria ciuitate, **Capitulum xxxiii**
Lombardie ante annos paucos erat
homo quidam marcadellus nomine
mirre simplicitatis; et erga sanctorum
loca maxime deuotionis. **Q**ui cum
ob mirram simplicitatem a multis
pro fatuo haberetur, et in oculis
an prudencissimus esset, quidquid
de suis laboribus ultra necessitatem
nature reseruare poterat, illud in-
uisitando limina beati iacobi in co-

postella, aut beatorum apostolorum petri et
pauli fideliter expendebat. **T**empe
quo potuit; homini pecora parauit.
Et cum pre senectute ad hoc minus
sufficeret, ostiariam mendicando et
lemosinas fidelium acceptabat, non
recedebat ab ecclesia domini diuitum
in ea agerentur, unde ab omnibus
amabatur. **Q**ui cum frequenter
uisceretur in quadam uilla eiusdem
diocesis, et in ecclesia dicte uille
thuribulum argenteum negligenter
pendere conspexisset, timens tam-
dampno ecclesie quam sue conscientie,
ait sacerdoti. **N**on secure hic pen-
det tale thuribulum. **D**icente illo,
quia multis annis sine periculo
pendidisset; respondit marcadellus.
Hoc sepe una die euenit; quod in
mille annis non contigit. **Q**uid
plura? **I**nstructu diaboli thuribu-
lum subtrahitur, non tamen marca-
dello furtum imponitur. **Q**uod cum
fuit domino prohibente et seruo suo
occasionem in martyri preparante
uendere non posset, nec auderet,
sciens hominem esse simplicissimum
et ecclesie illius notissimum, cum
secrete adiret, et quia ipse idem rapu-
isset uas prius tamen recepto sa-
cramento ne se prodere, sibi confes-
sus est. **Q**ui ille respondit. **D**a mi-
hi thuribulum et ego illud nullo
sciencie bene restituam; et si necesse
fuerit etiam animam meam ponam
pro te. **H**is auditis fuit thuribu-
lum ei tradidit; quod ille seruo in-
uolutum sacculo suo remisit. **Q**ui
cum plus solito prefatam ecclesiam

frequenter. ut thuribulum caute
 et sine nota in locum suum reponere
 posset: die quadam nimia tempesta
 tu uolentia a foribus ecclesie que
 tunc clausa fuerat depulsus. uicane
 domus solam uero expectare cogebatur:
 sacelli sui oblitus. Quem homo quidam
 pertransiens leuauit: et cuius
 esset non ignorans. uxorī suae seruā
 suū commisit. ut marca dello illū que
 renti restitueret. Que sacra pondero
 sitatem sciens: marito respondit.
 Non potest tanti ponderis esse pa
 nis: puto quod ex nimia simplicitate
 illū impleuerit lapidibus. Aperto quod
 sacco. cum thuribulum in eo reperisset
 et subito clamore uicinis inuētū
 prodidisset. accurrerit populus: ac
 current tandem et ipse marca dellus.
 Requisitus de sacco cuius esset. men
 tiri noluit: et respondit. Saccus
 meus est: sed quod in eo est. uestrū ē.
 Ego thuribulum furatus non sum:
 non tamen furem probam. Et reci
 tauit eis per ordinem qualiter ad se
 deuenit. et quid furi promiserit.
 Dicentibus eis lex est lombardie. ut
 uel furem probas uel furis penam
 subeas. respondit. In manibus uestris
 sum: quod iustum est facite de me.
 Illi sibi prospicere uolentes hoiem
 ferrariā ducentes potestati obtule
 runt: causam exposuerunt: inocen
 tie eius ac simplicitati testimonium
 bonū perhibentes. Quem cum iudex
 inducere non posset. ut furem pub
 licaret: capitali sententia super eum
 data. ante fores maiestatis ecclesie tā
 quā sacrilegi reus decollatus ē. Qui

corpus a quibusdam in eodem loco se
 pulcū est. Nocte sequenti cum quodam
 religiose matrone ciuitatis. ad eccle
 siam propter matutinarū sollemp
 niam uent: uenissent quod ad tumulū
 eius. cautus angelicos illic audierit:
 cereos ardentis uiderit: insuper et
 suauissimi odoris fragrantiam senser
 unt. Quod cum secunda et tertia
 nocte plenius comperisset: quocumque
 audierat uel uiderant seu etiam
 senserit. episcopo ciuitatis uentile
 cunt. Qui cum esset uir religiosus.
 aliquibus secum assumptis: cum
 nocte quarta ita esse ut mulieres
 dicerent. experimēto didicisset. sup
 tumulū hominis dei basilicam
 fabricari fecit: et fuit ibi miracula
 usque in hodiernū diem. ad laudem
 nominis xpi. **De passione margare
 tae uirginis louaniensis. xxxiiii.**

Quarta eadem tempore cuius quidam
 louaniensis cum uxorē suā uelut
 ordinatis ab uelariū domū ordinis
 nostri. se transferre disposuerat. Er
 rant autem ambo religiosi: et religio
 siorū susceptores deuoti. Habebant
 secū puellam aduulā cognatā suā.
 que laciā anelle tam ipsius quā hos
 pitibus sicut testes sunt conuersi
 nri. satis simpliciter ac diligenter
 ministrabat: et nomen uirginis
 margareta. Sciens homines quidam
 maligni pecuniā illos habere col
 lectam: eadem nocte qua de marre
 erant profecturi. orra orto domum
 illorū seorsum ingressi. quasi cum eis
 hospitaturi: dictam puellam pro
 uino miserunt. Interi dūm et dūm

totamque familiam ibidem ceptam occi-
dentes. et sublatis omnibus puellam
cum uirgo reuerfam secum educeret:
domum quendam satis a ciuitate re-
motam simul ingressi sunt. Que
cum tristis sederet. et hi qui in domo
erant estimarent quod uir capta esset:
dixerunt illam ad fluuium. Cui cum
quidam ex latronibus compatiret.
et diceret uirgo. sinite eam uiuere:
et ego ducam illam uirgine. non con-
senserunt. timentes per eam prodi. Ad-
dentes portioni uirgine decem mar-
cas. ut eam occideret: ille agnam
simplicem suscipiens. tanquam cru-
delis carnifer. prius defecto eius gut-
ture. cultrum lateri moribus de-
iicit: sicque hostiam deo uiuentem in flumine
proiecit. Hospita uero domus quam
intrauerat. latenter egressos secu-
ta: que facta sunt iudic. Mane tam
exorabili facinore cognito. turba-
ta est ciuitas: quiescit sunt latro-
nes: sed non uiuenti. Consideratis
occisorum corporibus: questio habita
est de puella. Cuius corpus cum
piscatores post dies aliquot inue-
nissent. nec tamen prodere presump-
sissent. timentes sibi crimen im-
pingi: in hircore sepeluerunt. Circa autem
sepulchrum alij tempore nocturno lu-
minaria uidentes. effossa tulerunt
in louaniam: capellulam super eam
fabricantes. Et fuit usque hodie me-
ritus eius erigentibus miraculata.
in loco occisionis illius. quam in loco
translationis. Supradictus dominus
eius amandus nomine cum uirgo.
monacho quodam uilariensi appa-

rens cum de statu eum interro-
garet: respondit. Nondum plenam
habemus gloriam. Nouissime con-
fessus de uirgine. subiunxit. Quidam
nobis impensum est gratie. et meri-
tis habemus margarete: nec aude-
mus respicere ad gloriam in qua
illa est. Cernis mihi quantum operetur
ad martirium simplicitas. et uir-
ginitas uite. Omnes quidem occisi
sunt: sed non omnes miraculis cla-
rescunt. Unde patet quod non pena fa-
ciat martire: sed causa. **No.** Que
nam extitit causa in puella hac.
martiri sui. **Mo.** Ut iam factus
sum. simplicitas. et uirginitas.
Dixerunt sunt species martiri. In-
nocentia uidelicet ut in abel. ius-
ticia ut in prophetis. et iohanne
baptista: amor legis ut in macha-
bers: confessio fidei ut in apulis. Ob
huiusmodi causas diuersas agrus
id est episcopus occisus dicitur ab origine
mundi. **Mo.** Quidam etiam ex
nimia simplicitate serpentes occidit.
No. Tales a martiri gloria pro-
fusus immunes existunt: nisi per causam
impellentem excusentur. Ecce exem-
plum. **De simplici concubina sacerdotis
que serpentem in fornace extinxit. xxxv.**
Sacerdos quidam sicut michi
retulit uir religiosus cum die
quadam multis presentibus sermo-
nem haberet de peccatis et peius
gehene: mulier quedam uerba ex-
interripens. eo quod turba esset et
compuncta. sic ait. O domine: quid
fiet de concubinis sacerdotum? Ille
sacerdos feminam ualde simplicem esse

nature: in ioco respondet. Numquid poterit saluari: nisi cibarium ardentem ingrediantur. Erat et ipsa sacerdotis concubina. Que uerbum sacerdotis non in ioco. sed in multo suscipiens seruo: dum die quadam cibarium coquendis panibus succenderetur. et ipsa adesset: casu omnibus egressis ostium clausit: et ut flamas euaderet eternas. seipsum in cibarium ardentem precipitans. flammis excepta spiritum exalauit. In ipsa hora hi qui circa domum fuerant. contemplati sunt columbam candidissimam de ore fornacis exire: et cum multa claritate celi secreta penetrare. Stupescati autem de uisione. effractis foribus ingressi sunt: et feminam semiuersam extrahentes. ad uerbum predicti sacerdotis tamquam proprii corporis interfecit in campo sepelierunt. Ut autem deus ostenderet mortem tam simpliciter illatam non fuisse ex malicia. sed ex obedientia: noctibus candelis ardentibus. uidentibus multis tumulum eius illustrauit. **Non** Non me scandalizat hoc factum. quia legitur in uita patrum. quendam abbatem quidam uolenti conuerti. ut fornacem intraret precepisse. Obediuit ille: et reputatum est ei ad iustitiam. Hoc etiam scire delectat: quid columba de fornace significet. **Mo** Nam simplicitatis femine: nam in specie eiusdem auicule. sanctus benedictus sicut in eius uita legitur animam foras sue scolastice uidit celos penetrare. **De morte Iudowici simplici monachi. Caplin. xxxvi.**

Columba hec ad mentem michi reuocat monachum quendam simplicem. Iodewicum nomine: qui ante hoc biennium apud nos defunctus est. Hic cum tempore meridiano agonizaret. et conuictus dormiret: monachus quidam in sompnis interiuuauit columbam candidam in tertio cellule. in qua moriens iacebat residentem. Cui cactus niger insidiabatur. et cum esset ei nimis importunus columba ab eo apprehendi timens ad ecclesiam uolitando fugiens: super crucem ascendit: ibi residens secura. Eadem hora alteri quidam monacho uisum fuit. quod fratribus circulariter hinc inde stantibus: leo circumiens stationem eandem irripere uisus sit et intrare: sed a singulis prohibebatur: et calcibus eorum impulsus. fugabatur. Intertim percussa tabula conuictus occurrit. morientem circumstetit: dicta quod letania. sacerdos defunctus lotus et uestitus: cum sollempni cantu deportatus est in oratorium: et spero quod cacti leonis quod euaserit insidias. **D**yaabolus catto et leoni. qui satis in forma et natura concordant: simplicium animalibus morientibus maxime insidiando: propter capacitatem assimilatur. **Q**ui fortiter impellatur et repellatur orationibus uictoriam. in hora illa terribili: satis audites in distinctione undecima de morientibus. **I**dem Iodewicus licet natura simplex fuerit: satis tamen carnaliter ante conuersionem uixerat. usque ad etatem decipitiam.

Quantū uero uirtus simplicitatis
deo qui nature simplicitas est placeat:
cuiusdam sanctimonialis mors
pretiosa declarabit. **De morte sim-**
plis monialis que caprā putabat
esse feminā secularem. Cap. xxxvii.

In dyocesi treuerēsi monasterium
quoddam sanctimonialiū situm
est: iuxta uocabulo. In hoc ex qua
dam antiqua consuetudine nulla
recipitur puella: nisi septennis sit
uel infra. Ad conseruacionē sim-
plicitatis que totū corpus lucidū
facit: huiusmodi constitutio siue
consuetudo inoleuit. Erat enim in
eodem cenobio recentiori tempore
uirgo quodam adulta, sed in ecclē-
siā mundanis tam infantula: ut uic
discernere posset inter pecus et ho-
minē secularem: eo q̄ huiusmo-
di formatū ante conuersionē nul-
lam habuisset noticiam. Die quā-
dam in ur̄u pomerii capra ascendit, quā
illa uidens: et quid esset proorsus ig-
norans: ait cuidam sorori iuxta
absenti. **Quid est hoc?** Illa cognos-
cēs ei⁹ simplicitatem: miranti.
ioculariter respondit. **Mulier est**
secularis: et adiecit. Quādo secula-
res mulieres senescūt: cornua
et barbas emittūt. Illa sic esse
putans: aliquid se didicisse gratu-
labatur. Cumq; per huiusmodi
simplicitatis exempla, sepius forme-
maturitatē temptabat: gra-
uissimā incurrit egritudinē.
Que cū sic iaceret ut uic loqui pos-
set: uisitante se infirmaria, primo
uerbo, deinde signo, ut oculus recedēt

indicauit. Illa neutriū intelligente
dum stupida staret, egrora pāni-
culū capitis sui complicans, contra
pectus stantis leuiter iecit: q̄ mor-
ac si lapide percussa esset, in terram
corruit. In qua dum sine sensu ali-
quū diu iacuisset: erecta, p̄ fenestram
lecto infirmantis contiguā, prof-
perit: et ecce in cimiterio multitu-
do stabat dextrariorū, sellas deau-
ratas frenaq; aurea habentiū.
Cumq; in ipsa hora predicta uigo
agonizaret: sororibus propius
accidentibz, clara uoce clamare ce-
pit. **Date locū, date locū:** sicut do-
minos istos accedere. Vidit enī
cellulam repletam personis inter
decoris, atq; splendoris: quorū uesti-
menta deaurata uidebantur. Sic
q; obdormiuit in dño. **Ad** Dum
celestem fuisse exercitiū: qui aiām
illius simplicitis femine in celeste
deducebant thalamū. **Mo** Bene
sentis. Vnū tamen notare debet,
uidelicet q̄ infirmaria equos ui-
dit in cimiterio: moriens uero alie
soras in domo. Testis huiusmodi
nis est heurtius prior, predicator
in colonia: qui se eam a predicti
loci preposito auduisse cōmemo-
rat.

ExPLICIT PRIMA PARS DIV
LOGORUM DOMINI CESARII.

INCIPIT PROLOGUS.

Remissis sex dic-
 tionibus, uidelicet
 de conuersione, de con-
 tritione, de confessione
 de temptatione, de deo
 mibus, et uirtute simplicitatis. Inter
 ser adhuc superstes, prima distincti-
 onem sibi uendicat beata dei genitricis
 uirgo maria: eo quod ipsa sit dignissi-
 mu ecclesie membru. Et hoc non incon-
 grue fieri uidetur in septimo loco, quia
 secundum philosophos septenarius numerus
 est uirginitatis, eo quod infra
 permittit limitem denariu nullu nu-
 meru ex se generet. Quia uirgo genuit
 supra natura fuit. Ipsa est uirga
 de radice yesse exorta: que flore nobis
 protulit: super quem spiritus septi-
 formis gratie requieuit. Cuius uir-
 tutem ut digna scribere, et scribenda
 possim perficere: suppliciter imploro.

De his que beatam uirginem **Primum**
 maria multate designant et de bene-
 ficijs humano generi per eam collatis

De ymagine eius que sudauit **ii.**
 timore diuine sententie. **iii.**

De plaga frisie ob uirginitatem corporis.

De sacerdote ideota qui a sancto **iiii.**
 thoma cantuariense degradatus per
 beatam mariam officiu suu recuperauit.

De sacerdote in declar ideota et **v.**
 deposito: cui sancta maria ecclesiam restituit

De diuo innocencio **vi.** precepit,
 papa quem sancta maria corripuit per
 heneru cu in ordine cisterciensem exac-

ones facere conaretur. **vii.**

De uindicta hostiu loci sancte marie. **viii.**

De henrico canonico sancti kumberti qui
 per intercessionem sancte marie conuersus est.

De monacho apud monasteriu **ix.**
 infirmato quod trappa dicitur cui sancta
 maria confitendi gratiam obtinuit. **x.**

De duobus mendicis in hospitali eius
 parisijs egrotantibus quos de offe mouuit.

De petro monachulo abbate clare **xi.**
 uallis cui in ecclesia spirensi sancta maria
 benedictionem dedit. **xii.**

De monachis atque conuersis in heme-
 rode quibus ad uigilias benedixit henri-
 co conuerso inspiciente. **xiii.**

De eodem conuerso et ceteris conuersis
 infirmis quos noctu uisitatis benedixit.

De monachis quibus dormientibus **xiiii.**
 benedixit uno tantu neglecto quia in
 ordine iacebat. **xv.**

De eo quod beata uirgo maria cum sancta
 elizabeth et beata maria magdalena
 predicto conuerso apparuit. **xvi.**

De uita domini christiani de hemeinrode.

De sacrista de luka qui nocte **xvii.**
 sanctam mariam super altare celice conspexit.

De quodam monacho eiusdem **xviii.**
 cenobii qui sanctam mariam ad uigilias
 circuire et singulorum monachorum
 vultus detegere uidit duobus tantu

De altero monacho **xix.** neglectis.
 eiusdem claustru cui beata maria super
 altare in aere inter multitudinem sanctorum

De uisionibus **xx.** apparuit
 nobilis uirginis de quida. **xxi.**

De cristina sanctimoniali que sanctam
 mariam in sua assumptione coronam
 de celo super conuictu uallis sancti petri
 demittere conspexit. **xxii.**

De otone preposito sanctensi qui
 precibus sancte marie a duplici infir-
 mitate curatus est. **xxiii.**

De clerico cui sancta maria per ligua

ab alienis hereticis prescisa noua resti
De adam monacho **xxiii.** ⁊ tunc,
de luka p scām mariā a scabie capitis sana
to: et de sanitatibz quas operatur in monte
pellidano et ymagie et apud sardanaꝝ.
De conuerso qui per Aue maria **xxv.**
ab infestatione dyaboli liberatus est. ⁊
De inclusa que eodem bñficio **xxvi.** ⁊
illusiones dyabolicas euasit. **xxvii.** ⁊
De matrona que per eandē salutacōem
angelicā liberata est ab oppressiōe adulteri.
De theoderico milite cuius **xxviii.** ⁊
uincula meritis scē marie dirupta sunt.
De sacerdote de polege cui scā **xxix.**
maria apparens timores tonitruorū tē
De bñā elyzabeth **xxx.** ⁊ perauit.
de sconauia que ad illū uersiculū. Audi
nos et cetā. uigit scām mariā flexis genu
bus xp̄m pro contentu orare. **xxxi.**
De clerico cui ad illū uersiculū. Ora ugo
sancta maria panem ⁊ os misit. **xxxii.**
De milite quem propter uxorem dñi
sui temptato scā maria p osculū libauit.
De sanctimoniali quam **xxxiii.** ⁊
per alapam liberauit cum iam amore
cuiusdā clerici esset accensa. **xxxiiii.**
De beatrice custode. **xxxv.** ⁊
De milite in uigilijs deficiente quem
scā maria in uisione confortauit. ⁊
De henrico monacho cecito **xxxvi.**
qui meritis bñe marie receptus est. ⁊
De miris uisionibz dñi **xxxvii.** ⁊
bertrāni monachi de karretho. ⁊
De uita dñi waltheri **xxxviii.** ⁊
de Burbach. **xxxix.** ⁊ ⁊ ⁊
De abbate nro cui uigā pastoralē
scā maria porrigere uisa est anteqm
in abbatem promoueretur. **xl.** ⁊
De theoderico episcopo qui per beatam

mariam colome in antistitem est promotus
eiusq; mita depositus. **xli.** ⁊
De scolare coloniensē quem scā maria
in sompnis corripuit cum ordm male
De pena sybodontis **xlii.** ⁊ diceret
et sonorū eius ob iniuriā bñe uirginis.
De pena lusoris qui blasphemā **xliii.**
uit beatam Mariam. **xliii.** ⁊
De pena cuiusdam matrone de uoldene
que de ymagine scē marie stulte loq̄batur.
De alia matrona que filiam **xlv.**
a lupo captam per eandem ymaginem
De ymagine scē **xlvi.** ⁊ recepit.
marie in yesse. **xlvii.** ⁊ ⁊ ⁊
De monacho medico cui scā maria
in choro electuariū suū primo negauit
et postea emendato donauit. **xlviii.**
De sanctimoniali cui⁹ tibiam lesam
scā maria in uisione peruenit et sanauit.
De incluso qui per aue maria **lix.**
miram sensit dulcedinem. **l.** ⁊
De monacho quem scā maria desola
batur ante mortem. **li.** ⁊
De hermano conuerso pro quo desan
gato scā maria horam decantauit et
finem prederit. **lii.** ⁊ ⁊ ⁊
De pauone conuerso qui scām mariā
in fine suis uidit. **liii.** ⁊ ⁊ ⁊
De scimoniali cui inuolenti apparuit
De wernhero monacho cui in **liiii.**
extremis subuenit cū a dēonibz terret.
De canonico coloniensē cui in **lv.**
fine se ostendit. **lvi.** ⁊ ⁊ ⁊
De simone cruce sigto quē scā maria
mouente consolata est. **lvii.** ⁊
De milite decollato qui p cā euasit gēhē
De latrone quē decollatū **lviii.** nā.
sepeliri fecit in ecclesia. **lix.** ⁊
De monacho qui ordmē alteracensem

sub pallio sancte marie uirginis uidit
in regno celorum. **De hys q̄ bñam uir-**
gine marie multas designat et de
beneficijs huano generi p̄ eā collatis.

Iohannes in apocalypsi **Cap. i.**
uidit mulierem amictam
sole. et lunā sub pedibus et
et coronā duodecim stella-
rū in capite eius. Mulier
hec est uirgo maria: sole
lucidior fulgore caritatis.
luna id est mūdo superior.
contempti glorie secularis.
Omnium uirtutum stellarum
tamq̄m diademate gemato
coronata: et quod hys dig-

nitas est diuino partu fecundata.
Hanc designant p̄ exemplū. mons.
castellum. aula. templū. thalamus
et ciuitas. Palma. cedrus. uitis rosa:
et cum istis innumerosa. nominiū no-
bilitas. Miror in eius designatione
uirgani floridam. et rubrum inter
flammas urentē. uellus madidum
gedeonis. thronū eburneū ac deaura-
tum salomonis. fontem signatum
ortum clausum: et alia quāplima
que breuitatis studio sūt omittēda.
Sicut enī in creaturis uniuersis ma-
tre creatoris nil est sanctius. nil dig-
nius. nil excellentius: ita eius uisione
nulla sanctorū uisio dignior: nulla
iocūdior: nulla emiencior. Cuius
preces ut quidam ait uicia: cuius
nomen tristia. cuius odor: lilia: et
cuius uincit labia fauū in dulce
dine. Sup̄ nucē sapida. et sup̄ miuē
candida: sup̄ rosam rosida: sup̄
lunā lucida: ueri solis lumine. **No.**

Deī uere et ter bñ. qui tante uirginis
uisione digni habiti fuerint. uisione
letificari. et sermone iocūdari: ora-
tione consolari: bñdictione confir-
mari. **No.** Hoc plenius nosces per
exempla. Audisti iam ex pte figurā
et emarginata: uis mic scire qualia
uel quanta mūdo p̄ ip̄am conse-
quatur beneficia. **No.** Nichil pl̄
suo. **No.** sp̄a est orbis conserva-
trix. et tribulatozū consolatrix: fi-
da sibi famulantiū defensatrix.
Per ip̄am p̄ccatores illuminantur. des-
perati ad confessionē reparantur:
apostate a deo per ip̄am deo mira-
biliter reuocantur: iusti reue-
lacionibus consolantur. Nomen
eius et memoriale eius morbos
sanat. demones fugat: uincta sol-
uit. timores pellit: temptationes
compescit. Per ip̄am pusillanimes
confortantur: torpentes excitant:
cuncti misericorditer reuocantur.
Diligentes se diligit. p̄mno dilige-
do preuenit et honorat: contempne-
tes se quia iusta est punit et hu-
miliat. Apud ip̄am electuaria sūt
confortatiua: uingenta sanatiā.
Nomen eius sup̄ mel dulce: et here-
ditas eius sup̄ mel et fauū. Morien-
tibus assistit: mortuozū animas
ad uitā p̄ducit eternā. **No.** licet
omnia hec credam de illa: uelle tñ
eadem exemplis delucidari. **Mon.**
Que a uiris audiui religiosi tibi
referam: ip̄us ut spero oratione
adiutus. Ad uero mūdo eius me-
ritis precibusq̄ conseruetur. bñis
tibi pandam exemplis. **de ymagie**



marie que sudauit timore dñe sen

An te hos annos quando tēte. ii. ualidi illi fuere uenti. atq; tonitrua. quorū mentionē feci. in distinctione quarta. cap. l. vi. cū in quadam ecclesia prouincie nr̄e popl̄s staret. et sacerdos diuina celebraret. ymago dei genitricis tam uehementer sudare cepit. ut astantes notaret et mirarentur. atq; quē sudorū guttule popl̄is matronarū extergerētur. Fluctu dei obsessus eadem hora affuit. Requisitus de causa respondit. Quid statis amtrantes? *Filius marie. manū extendit ad feriendū: quam si non ip̄a tenuisset: mūdus iam minime subsisteret. Ecce hec est causa sudoris. Et territi sūt omnes: audiētes uerba tam stupenda. Hec michi relata sūt a quodam abbate religioso ordinis nr̄i: tūc tempis recenter gesta.*

de plaga frisic ob inuriā dñici corporis.

Paruo post hoc euenso *Cap. iii.* tempore. anno uidelicet gracie. m. ccc. xviii. mare in partibus frisic terminos suos egrediens. multarū prouinciarum terras occupauit. uillas deleuit. ecclesias lapideas detexit. tantā hōmī extinguens multitudinem. ut summa centū milia transcenderet. Ita exaltati sūt fluctus eius. ut turritum altitudines operire uiderentur: et procella procellam impellens. generale diluuiū terris imminaretur. Et sicut dictū fuit abbati nr̄o. cū eodem anno uisitacionis gratia friscam intrasset: q̄ fluctus furentes etiam usq; ad coloniam puenissent. si nō is qui eos excitauerat genitricis sue

ut postea dicitur precebus compescuisset. *No* nosti causam tante plage? *Mo.* Noui. Friso quidam arte pugil in eadem prouincia existit: qui quonē de taberna ebrius rediit: totiens uerum uerberibus et plagis sans tribulauit. Tenpe quodam timore mariti infirmitatem simulans. ut simulatio eadem posset notari: corpus dñi sibi dari postulauit. Venienti sacerdoti pugil cū ciso ceruicie ebrius occurrens. bibere monuit: et cū ille responderet. corpus dñi potio modo non bibam. iratus friso. cū ciso p̄ridem percussit. et omnes hostias de illa excussit: ita ut p̄ pauimentū dispergerentur. Matrone uero que consolacionis gratia conuenerant: super singulas hostias tanquam stellas radiantis uiderunt. Quas sacerdos gemens et dolens in p̄ridē recollegit: et abiit. Friso uero a demone prouincie citatus. excommunicatus est: sed non curauit. Qui tandem ad hoc compulsus est: ut cruce pro tanto sacrilegio signatus. cū iam dicto sacerdote etiam cruce signato ueniret romā. Cui dñs honorius papa culpam confitenti. pro penitencia iunxit ut mare transiret: ibiq; tribus annis iacuis ep̄o seruiret. Quid plura? Mare transierunt ambo: et ante damianum mortui sunt ambo. Quibus defunctis: tū anno eodem dñs prouinciam terribiliter ut supradictū est plagasset. et causa plage populū lateret: matrone cuidam ualde religiose. dñō interuenis. oronibus uigilijs. et elemos

sinus seruentur. materete uidelicet.
 wicboldi abbatis sc̄i bernardi. beata
 dei genitrix uirgo maria: lacrimis
 eius mota. populiq; misera. appa
 rens sic ait. **Propter iuriam filii mei**
in sacramentū corpis eius factā. sub
mersa est frisea: et adhuc amplius
plagabitur. si condigna penitencia
non fuerit subsequuta. Et quib; uerbis
colligitur. q̄ non solum pugil. sed cō
munib; populi peccatis exigentib;
hoc euenit. Et mox adiecit mater
miseri cordie. Iena oculos tuos contē
mare. Quod cū fecisset contēplata
est peridem a pugile percussam: in
similitate fluctuū natantem. Que
cum in tantū appropinasset ut pos
set cognoscā. ait. Ecce corpus filii mei.
In loco eū ubi dispersum est. edificā
da est ecclesia: et debet ei tanta cele
ritate reuerentia quomodo sepulchro do
minico. Hoc etiam noueris. q̄ ambo
mortui sūt: pugil scilicet et sacerdos.
Sed pugil eo q̄ sine contricione obie
rit. sepultus est in inferno: sacerdos
uero adhuc tenetur in purgatorio.
Retulit tamen nobis. theodericus pri
or de yesse. eundem pugilem quātū
ad signa exteriora. cū proficisceretur
satis magnā habuisse contricionē:
sed credendū est beate dei genitrici ma
rie. Hac uisione cognita dñs theode
ricus episcopus monasteriensis. ad
quius dyocelsum maxima pars frise
pinet. missis litteris suis p̄ ydidam
sc̄i bernardi cellerariū. sicut nobis
ipse retulit. sollempnē prouincalib;
penitentiā intulit. Ad autē insuf
ficiens fuerit ex hoc probatur q̄ āno

p̄terito tenuo punita est frisea: mul
 tis milib; p̄ aquarū inundaciones
 submersis. Matrona quedā p̄diues
 ex predicti pugilis domo. ecclesiam
 edificauit. **Ex his que dicta sūt con**
siderare potes. qm̄ sollicita sit circa
hōim salutem b̄ta uirgo maria: cui
tanta cura cōstitit de penitencia. De
uero tribulatozū sit consolatrix: se
quencia declarabunt. De sacerdote ide
ota q̄ a sc̄o thō cantuariēse degradatus
p̄ b̄tām mariā offm̄ suū recuperauit. in.

Retulit michi quidā abbas de
 ordine n̄o. de sancto thoma
 cantuariēse. qui n̄is tempib; mar
 tizatus est. quiddā satis delecta
 bile quod nec in eius passione legi
 tur: neq; in libris miraculorū eius
 reperitur. **Cum esset in eius dyocesi**
sacerdos quidam ideota. nullam
sciens nullam nisi de dñā nostra
sancta maria: et illam cotidie ce
lebrauit. atq; apud eundem sc̄m̄ epi
scopi cū de hoc accusaretur: pro
hibitus est ob honorē sacramenti
a b̄to episcopo de cetero dicere missā.
Qui cum esset in tribulatione et
egeat: b̄tām q; uirginē mariam
uigiter inuocaret: illa ei apparens.
ait. Vade ad episcopū: et dic ei ex
parte mea. quatinus tibi restituat
officiū tuū. Respondit sacerdos.
Dñā: ego pauper sum et persona
despecta. non me audiet: neq; mi
chi patebit accessus ad eum. B̄tā
uirgo maria respondit. Vade et ego
tibi uiam preparabo. Et ille. Dñā:
non credet uerbis meis. Respondit
b̄tā uirgo maria. Dices ei p̄ signo

q̄ cum tali hora. et in tali loco calicū
 suū dissitū refartur: ego illud ex
 parte una tenebam adiuuans eū.
Statimq̄ credit tibi. Mane sacerdos
 sine impedimēto intrās ad ep̄m. et
 b̄tē dei genitricis marie ei deferens
 nūciū: cum ille diceret. unde credam
 tibi. te ab ea missū. predictū signū
 de calice subiūxit. Quo audito. b̄s
 pontifex stupens. simul ac pauens
 respondit. Ecce reddo tibi officū
 tuū. et precepto tibi ut tantū mis-
 sam de dñā nr̄a sc̄a maria cantes
 ac frequentes. orēs q̄ pro me. **Nov.**
Sans miror pietatem dñe nr̄e sc̄e
marie. ut idcirco in deposicione dig-
nū sic defenderet: et in ministerio
tanto dignū iudicaret. Mo Hoc
 actum est ex ineffabili eius mise-
 ricordia: sicut in sequenti caplo ā
 plus mirari poteris. **De sacerdote**
idcirco. et deposito cui sancta maria
ecclesiam restitui precepit. Cap. v.
Quoniam quidā sc̄i geredonis ī
 colonia. harderadius nomine.
 vir nobilis de merenbergh oriūd?
 pastor erat cuiusdā ecclesie super-
 fluitū loghorā s̄re: uocabulo
 derlac. Cum esset liberalis et milia
 consumeret. nec annui ei redditus
 sufficerent. putans iam dicte eccle-
 sie uicariū multā habere pecuniā.
 cogitare cepit qualiter aliquid ex-
 torqueret ab illo. Sciensq̄ hominē
 proorsus illiteratū. assumpto secū
 decano hmpurgensi. in ip̄a dñica
 infra ep̄phanie octauam cuius
 officū difficilimū est: cum se sacer-
 dos preparasset. ecclesiam tamq̄m

missam auditoris intravit. Expa-
 uerit ille ruis tantis uiris. facta tū
 confessione. eo q̄ ignoraret officū
 diei: introitū de sancta maria. salu-
 ter: uultū tuū dñe. inchoauit. Quē
 harderadius confundere uolens: auc-
 toritate cure pastor alis officū diei
 incepit. id est In excelso throno. Cui
 cum sacerdos resisteret. cessit ille:
 confusū se simulans. finita missa
 cum illū satis dure argueret: dice-
 retq̄. dñe. qualem missam dixistis
 hodie. Et ille responderet de dñā
 nr̄a sancta maria: nonne bona
 fuit? Adiecit harderadius. Videre
 ne unq̄m de cetero missam dicatō
 in ecclesia mea. Sicq̄ recessit: alio
 sacerdote substituto. Et cū egeret
 pauper ille amotus: compassa ē
 ei mater misericordie. Nocte qua-
 dam harderado dictis matutinis
 in ecclesia sc̄i geredonis soli apparēs:
 durus allocuta est dicens. Vt qd̄
 cepulisti capellaniū meū? auari-
 cia tua ad hoc te instigante. Si
 non celerius eum restitueris: lin-
 gue officio a me priuaberis. Ille
 ad pedes eius corruens. et ueniam
 postulans: omnē satisfactionem
 promisit. Mor mane directo nūcio
 amotū restituit: mandans sicut
 supradictū est de sancto thoma ca-
 tuariense. ut missam de sc̄a maria
 quacumq̄ die uellet celebraret: ip̄-
 samq̄ pro peccatis suis interpella-
 ret. Adhuc eū idem sacerdos uiuit
 et preest quidam monasterio mo-
 naliū: cui ip̄e initiator existit.
Mo. Bonū est tali seruire dñe. q̄

sic sibi seruentibus subuenit. **Mo**
 non solū eos a quibus affligunt
 monet et corripit: immo etiam
 que illorū sunt potenter defendit.
De dño Innocēto papa que sc̄a ma
ria corripuit cū in ordinē cisteriēse
exactiones facere conaretur. Cap. vi.

Tempore illo quo baldeuinus co
 mes flandrie cū cruce signus
 constantinopolim expugnauit:
 dñs innocētius papa. ordini hīs
 suis mādauerat ut quadragesi
 mā preim om̄i rerū suarū mobili
 um in succursū terre sc̄e transmit
 teret. Ordo uero priuilegijs sibi ab
 antecessoribus eius indultis. im̄tes:
 ne libertatem concessam. uertere
 uideretur in seruitutē: tam graui
 exactione subiacere nō acquieuit.
 Unde innocētius furens in tantū
 ordinē indignabatur: ut dignita
 tibus secularibus indulgere pro
 poneret. quatenus possessiones
 ordinis sibi usurparent. In proxi
 mo uero generali caplō. abbates
 qui confluxerant. spem suam in
 br̄a dei genitricē maria que ordinis
 patrona est et aduocata ponētes:
 scientes sententiam male cōceptā
 eius precibus et meritis facile pos
 se reuocari. Speciales pro eadem ne
 cessitate usq; ad proximū caplū
 oraciones iūxerūt. Hoc etiam adi
 cientes ut a capite qua dragesiē
 nudis pedibus de capitulo exirent
 tes: septem psalmos cū letania de
 cantarent. Quod et fecimus. Ante
 rīm br̄a dei genitricē maria. uero
 quidam religioso noīe henrico:

iam dicti innocēti confessori appa
 rens. in hec uerba ei mandauit. Tu
 ordinem cisteriēsem cuius aduo
 cata sum destruere conaris: sed nō
 preualebis. Et nisi citius de tuo ma
 lo proposito resipiscas: ego te et om
 nem tuam potestatem coniteram.
 Huiusmodi nūcio dñs innocētius
 audito. sciens henricū uirū sc̄m &
 ueracem esse. timuit: nitentū de cō
 cepto peccato penitens. ut ordinis
 priuilegia roboraret. Hoc adiciēs:
 ut primo om̄i negotia ordinis in
 curia romana expedirentur. Quā
 indulgentiam tam cū sua bulla.
 qm̄ om̄i cardinaliū subscriptiōibz
 confirmaret: et unus tantū ingri
 ordinis cardinalis contradiceret:
 ita in eum exarsit. ut statim eum
 amouere minaretur. Cumq; in
 proximo caplō patribz nris hec
 innotuisset: xp̄m eiusq; genitri
 cem uirginē mariam. de tantū mo
 pinata inuentione glorificantes:
 oraciones iūctas cum gratiarū
 actione dimiserūt. **Non** Non mi
 ror si aduocaciam suam tam po
 tens regna defendit. **Mon** Verū
 dicit. licet eū mater sit misericor
 die: non tamen obliuiscitur circa
 misericordes iudicte. **De uindicta**
hostiū lon sancte Marie. Capm
Qum nobilis femina dña **vi.**
 aleydis de mollsbergh. cum
 consensu mariti sui euerhardi
 burthgrauy. quedam alodia sua
 per inspiracionē diuinā ad nouā
 abbaciam ordinis nri construē
 dam in manibus dñi henrici ab

latis nri. libere et sine omni contradic-
tione tradidisset. et ante ipsius mortē
domus que uocatur locus scē marie
constructa fuisset: uiri quidā nobiles
ex eius cognatis post eius mortem
contra iuramentū uenientes: eandē
nouellā plantationē querimonis
minis. rapinis. multisq; alijs inco-
modis. molestare ceperūt. Sancta
uero dei genitrix uirgo semp̄ maria
eiusdem cenobij dñā et aduocata:
sicut a multis dicebatur hoc apud
filiū egit. ut henricus de molsbergh
qui precipuus uidebatur obsideretur:
et supra uires dampnificatus. de
proprio castro eliminaretur. **Item**

De zegenbergh uir nobilis. a quo
multū domus predicta uerabatur.
a seruo suo satis miserabiliter occisus
est. Alius quidam ad eius depredati-
onem propeans: in uia crepuit me-
dius. Quam uindictam cū audisset
alius quidam nobilis. unus de cohe-
redibz. uenit ad locū timore correptus
dicens. Dñā mea scā maria:
sint tua tibi. ego parti mee renūcio.
Wilhelmus miles de helpmsteyn.
ab urore instigatus: que se heredem
possessionū collatarū dicebat. cur-
tim meliorem inuadens: frēs mul-
tis expensis grauabat. Interī sacer-
dos quidam religiosus confessor
eius. nocte quadam in locum scē
marie se per uisum transpositum
iudit. et cum quidā ex sacerdotibz
celebraturus esset missam. et a su-
pradicto wilhelmo impediretur:
uir quidam ingerimus fuisse illū
percussit. et occidit. Quem uisū cū

ei recitasset asserēs eum breui mori-
turū. nisi a ueracione monachorū
cessaret: ille stimulis cotidianis
uicis sue se urgeri conquerēs. nō
acqueuit consulenti. Citatus lris pa-
palibz cū esset in uiolenta possessio-
ne. et iudices cū aduocatis iam ne-
gotiū diuicius pertractassent: tandē
partibz duos dies prefixerūt: unū
amicabilem ad componēdū. alim
uero ad litigandū. Qui cū componē-
nō possent. diesq; tres adhuc super-
sent. ad litigandū. iohēs de harchē
in ueteri monte conuersus. prociā
nocte uidit se in sompnis esse ī loco
scē marie: audiens ipām uirginē
gloriosam clara uoce dicentē. Quor-
tes me recedere a loco isto. Dicente cō-
uerso: quo ibis dñā? Respondit. Ad
filiū meū conqueri de wilhelmo de
helpmsteyn: qui me non sinit quies-
cere in hoc loco. Mane uero referēs
cellerario iam memorati wilhelmi
predictam uisionē. atq; subiūxit:
scitatis pro certo qd dñs uester cito
morietur propter conuētū loci scē
marie. Cui ille subridendo respōdit.
Non curetis: tamē uellemus esse ab-
soluti ab eo. Qui post dies paucos
pede trūcatus: penā soluit uisiois.
Eadem uero die cū wilhelmus cura
nennis spaciaretur. nisiū portans
sup pūgnū: a duobz seruis comitis
seynensis. qui hoīem sui iuris capti-
uū ducebant: que ipē excutere nō
est lancea transfolius. aiām pū-
exalauit. Eadem hora obsessa qdā
in uilla que teys dicitur. a castro
helpmsteyn satis remota: ita cepit

saltare. manusq; cū cachinno com-
 plodere: ut uie a duodecim hoībus
 posset teneri. Interrogata quid ha-
 beret; respondit. **M**odo in hac hora
 magister meus acquisiuit tres ani-
 mas. **N**oueritis willhelmū de hel-
 phinsteyn iam occisum. **N**o. Que
 fuerūt ille tres anime. **N**o. **O**ccisi
 ex occidentiū. sicut conicio: eo q' ani-
 mā mortui habuerit in re: alias
 duas in spe. **N**on multo post inter-
 rogatus dyabolus in briske de aīa
 eiusdem willhelmi: p' os alterius fe-
 mine respondit. **M**agister meus
 habet eam: et propter uonachos
 quos spoliauerat pice et sulphure
 illā infūdū. usq; ad sūmū replens.
Verū uero que ad tantū malū insti-
 gauerat eū: post breue tempus a-
 p' uingno de castro cū liberis eiec-
 ta est. **N**am cū sic inexpugnabile
 cū scalis nocte intraus illam tur-
 piter eiecit: iniuriā dei genitricis sep-
 q' uirginis marie uindicās. **A**b
 illo tempe usq; hodie monasteriū
 curtam eandem quiete possidet:
 meritis gloriose uirginis marie ad-
 uitū. **N**o. **S**atis michi iam proba-
 tū est q' ipā totius sit orbis conserva-
 trix: tribulatorū consolatrix: fida
 sibi famulantiū defensor. **Q**d' au-
 tem p'iores p' ipā illuminētur.
 quod hys omībz salubrius uideo:
 aliquo michi ostendi p'ior exemplo.
No. **C**ū hō hōi sepe obtineat p'ina
 graciā: multo amplius hoc credē-
 dū est de matre dñi. **de herico cano-
 uico s' kumberti q' p' intercessionē
 s' marie conuersus est. Cap. viii**

Quandocumque quidā s' kumberti
 in colonia. nocte henricus. uita
 satis secularis. cū die quadā solus
 equitaret: nubecula lucida uitam
 ipā eo intente transuolauit:
 uocemq; clarissimā de ipā nube au-
 diuit dicentē. **F**iat uoluntas tua si-
 cut in celo et in terra. **E**ratq; uox
 eadem tante dulcedinis: ut quoti-
 ens eius postea recordaretur. lacri-
 mis infunderetur. **C**umq; uocem
 hanc celitus demissā intus atten-
 deret. uel potius non intelligeret:
 nocte quadā p' uisū se stare uidit i
 capella domus sue ante altare co-
 ram ymagine b'ē dei genitricis
 marie. **Q**uā tū uerbis angelicis
 solito salutarer: respondit illa. **U**t
 quid me salutas: **H**omo p'ditus
 es: et nisi uitā tuam emodaueris
 datus peribis. **E**go eū et b'ndictus
 intercessimus pro te. **Q**ui cū sedam
 hanc amonitionē dulcedine uite
 secularis abstractus negligeret:
 circa tempus sex ebdomadarū tā
 graui infirmitate correptus est:
 ut iungeretur. nec ulla esset spes
 uite eius. **T**ūc demū ad cor reuers'
 et q'd' audierit. quid uiderit. recor-
 datus. fratribz quibusdā bergem-
 sibz ordinis cisterciensis ad se uo-
 catis seipm reddidit: qui in proxi-
 mo pascha monachus factus est.
 meritis et precibus b'ē uirginis
 marie se illuminatū usq; hodie
 gloriatur. **N**o. **C**uius fuit uox
 illa scā de nube: et quis sensus
 eius? **N**o. **Q**uantū ex iam dictis
 colligitur: beate marie et s'

benedicti. Orabant enim xpm ut sicut
uoluntas eius est in celo. id est iusto
ita et eius uoluntas que semp bona
est fieret in terra. hoc est in illo iuue
ne tunc peccatore. **Sic mirari debes.**
si peccatores p eam illuminantur.
quia scdm nomē eius. ita et laus
eius in fines terre. **Maria** enim inter
pretatur stella maris. siue illumi
natrie. **Quo** uero desperati et contra
omne graciā indurati. p ipam ad
confessionē et ad ueniā reparent.
presto sunt exempla. **De monacho**
strappa infirmato cui scā maria
confitendi graciā obtinuit.

In prouincia pitica caplin uonū
domus ordinis cisterciensis sita est.
que trappa uocatur. In hac sicut
michi retulit dñs henricus abbas
de scimenim asserens sibi recitatū
ab abbate dicte domus. contigit
quod dicturus sum. tunc temporis
recenter gestū. **I**nfirmatus est ibi
monachus usq ad mortē. **D**eputa
ti sūt ei duo monachi ad seruiēdū.
Qui diu simul exissent et eger so
lus iaceret. ingressi sūt duo tetri
spiritus in angulo domus stantes.
Complosis autem manibz cachimā
res dicebant ad inuicem. **C**ras hora
tertia cū magno gaudio deducen
t animā huius monachi ad infernū.
Mox infirmus tremere cepit atq
palescere. maxime propter mortū
conscientie. **C**ōmiserat enim ante cō
uersionē pccā quedā graua. que
uetante erubescencia confiteri nō
poterat. neq clericus in seculo. neq
nouicius. neq monachus in mo

naasterio. **P**auens uero et circūspi
ciens contēplatus est in angulo
opposito matronā pulcherrimā.
in hec uerba demōibz cachimātibz
respondente. **N**olite nimis gaude
re. ego illi dabo consiliū. qualiter
dentes urōs ei adat. **P**ost quod u
bū uisio omnis. ministris intran
tibus disparuit. **C**onsiliū autem
intelligens confessionē. matronā
uero scām dei genitricē mariam.
quam in tanto periculo ut opinor
inocauerat. **P**riore uocari fecit.
cui omnia sua pccā meritis beate
marie uirginis adiutus. plene ac
deuote confitens. et ut eodē abbati
qui tunc presens erat reuelaret scri
plicans. oleo sacro iunctus. et diu
ci corporis sacramento munitus.
hora a demōibz predicta sub spe
uenie spiritū exalauit. **De duobz**
mēditis parisiis infirmatis quos
maria de confōe monuit. Cap. x.

Simile beneficiū consecuti sūt
duo pauperes parisiis a bēa
utrgine maria sicut michi retulit
lambertus monachus noster. q
eodem tempe ibidem dicit se studu
isse. **C**umq collecti fuissent in hos
pitali. quod situm est ante eius
oratorū in paradiso. uico quidā
religioso eiusdem hospitalis mī
stro ipā uirgo benignissima dei ge
nitricē maria cui cura est de omnis
apparere dignata est dicens. **B**one
uide ut diligentia adhibeatur ac
custodia illis duobz pauperibus.
quia in periculoso statu sunt. et de
mones cū multa sollicitudinē illos

circueit. quomodo eis noceant. **Q**uod
 cum iudicasset sacerdoti. et ille eos ad
 emundationem conscientie hortaretur
 semel ac secundo. nec proficeret: tandem
 subiicit. **M**iseri: ego noui uos esse
 in peccatis grauissimis. atque ino-
 riumini: et nisi confessi fueritis in-
 trabis gehennam penis eternalibus
 cruciandi. **N**h uero territi et quod
 credibilis est. precibus beate dei geni-
 tris marie illuminati: peccata sua
 confessi sunt: moxque christiano decedē-
 tes. **D**emonibus luctum: et sanctis
 angelis gaudium fecerunt in celo. **N**o
 Valde me letificant ista. **M**o Non
 solum peccatores fidem sine opibus
 habentes. per ipsam ut probatum est
 illuminantur: immo etiam apostata
 a fide. quod signum est maioris mi-
 sericordie per eam christo reconciliantur.
 De hoc habes manifestum exemplum
 in distinctione secunda. xij. capitulo. de
 iuvene qui iuxta florentiam christum
 abnegans et dyabolo se reddens. pa-
 tris marie puenit ad indulgentiam.
 Simile legitur de theophilo alexan-
 drino. **N**o Quia iam sermo sa-
 tis protractus est de beneficiis beate
 dei genitricis semper uirginis ma-
 rie circa peccatores: precor ut exemplis
 michi ostendas quibus uel quibus per ea-
 rum uel reuelationibus consoletur.
Mo Quia mirifice iustos sibi serui-
 entes sancta dei genitrix consoletur:
 et paucis que subiciam cognoscere
 poteris exemplis. **de petro monacho**
abbate clareuallis cui benedixit s' marie
in ecclesia spirensi. cap. xi.
Quia extitit ut quidam ex

abbatibus ordinis nostri. pro negotio
 ordinis ad henricum imperatorem
 filium frederici mitterentur. **I**nter quos
 precipuus uidebatur tam scitatus
 quam dignitate. dominus petrus mono-
 chus abbas clareuallis: cuius men-
 tio habita est in distinctione sexta
 capitulo. xi. **E**t quia dominus cisterciensis
 in propria persona uenire non po-
 tuit: priorem suum pro se misit. **V**eni-
 entibus eis spiream. cum in ecclesia
 dei genitricis semper uirginis mari-
 e. cuius structura stupende magni-
 tudinis est. orassent: cunctis oris
 ab oratione surgentibus et eiusdem
 ecclesie edificia circumustrando con-
 siderantibus: iam dictus petrus cuius
 cogitatus et delectatio non fuit in
 edificijs corruptibilibus. sed in structu-
 ra celestis iherusalem. in oratione
 perseverauit. **T**andem omnibus egres-
 sis cum in porticu ecclesie a canonicis
 honorifice fuissent salutati. et cum
 instantia multa ad prandium iui-
 tati: requisitum est a quodam abbate
 in cuius honore ecclesia eadem esset
 consecrata. **R**espondentibus clericis.
 in honore domine nostre sancte marie: abbas
 clareuallis. inconsiderate subiicit.
Et ego sciebam. **Q**uod uerbum prior
 cisterciensis considerans. tunc quidem tacuit:
 sed mox ut egressi sunt ciuitatem. cuiusdam
 uerbi recordatus. ait abbati. **D**omine
 abbas dicite michi. unde sciebatis
 spirensis monasterium in honore domine
 nostre sancte marie fuisse consecratum. **I**lle
 de uerbo prolato dolens. respondit.
Visum est michi bene decere: ut tam
 mirifice structure patrona foret.

mater dei. et celorum regina sancta maria,
Prior bene cognoscens eius sanctitatem,
 et quia aliquid sibi in ecclesia reuelatu
 fuisse. ex responsione coniciens:
 adiecit. Ego in hac uia uicem gero
 domini abbatis cisterciensis: in cuius aucto
 ritate uobis precipio. ut non michi
 dicatis nisi ueritatem. Tunc ille obe
 dientia artatus: cum ueritatem respō
 dit. Quando prostratus coram altari
 pro peccatis meis. et uice nostre negligē
 tibus attentius orauit. ipsa beata uirgo
 maria michi apparens. benedictio
 nem quam ordo noster super redeuntes
 de uia dicere consuevit: super me
 dedit mihi hec uerba. Omnipotens
 sempiternus deus miserere huic fa
 mulo tuo: et quidquid ei in uia sub
 ripuit uisus aut auditus male ce
 aut otiosi sermonis. totum ineffa
 bili pietate propiciatus indulge.
 Per christum dominum nostrum amen. Hec michi
 relata sunt a quodam abbate re
 ligioso ordinis nostri: in cuius domo
 idem petrus sepius uisitauit. Et
 benedictione eius intellexit beatam
 uirginem mariam ibidem fuisse patro
 nam. **Mo** Felix oratio: per quam
 tante uirginis meretur benedictio.
Mo Non solum orantes sed et psal
 lentes sua benedictione consolari
 consuevit. **De monachis atque con
 uersis in hēmerode quibus benedixit
 henrico conuerso insipientie. xij.**
Henricus conuersus in hēmen
 rode: cuius memini in distinc
 tione quinta. capitulo quinto. loquens
 de demonibus: sepius in sollempni
 tatibus maxime. gloriosam uirginem

mariam. inter psallentes uidere con
 suevit. Que nocte quadam ipso
 intente de choro monachorum ueni
 ens. dei filium ex se natum in brachijs
 gestans: chorum ingressa est conuer
 sorum. Et more abbatis fratres circu
 tando circueus. ante quosdam qui
 in oratione uigiles erant et deuoti:
 gradum fuit. filium suum dominum nostrum ihesu
 sum christum eis ostendens. ac benedicens.
 deuotioni illorum congratulando.
 Tepidos autem et dormitantes ce
 lerius pertransiit: nil consolatio
 nis eis impendens. Singulos uero
 conuersos in illa celesti circueione
 uisitatos nec non et neglectos pedes
 conuersus diligenter notauit: sin
 gulos dicto hermano tunc ibidem
 priori. tunc loci sancti marie abbati
 nominatum exprimens. Hec ab eo
 ore audiui. **Non** Simile recorde
 te dixisse in prima distinctione.
 capitulo tricesimo quinto. de godofredo
 monacho uilaciense. **Mo** Tanta
 karitate beata uirgo maria sibi de
 uote famulantes complectitur:
 ut non solum orantibus. non so
 lum psallentibus. sed et dormientibus
 benedicat. **De eodem conuerso et alijs
 conuersis quos noctu uisitans bene
 nocte dixit. Capitulū xiii.**
Quadam cum conuersus pre
 fatus sederet in lecto suo in infir
 mitorio. et ceteris dormientibus
 diceret orationes suas: uidit do
 minam nostram sanctam mariam eandem
 cellulam in magna claritate in
 trantem. monacho quodam que
 nominare nolo precedente: dualiter

matronis sequentibus. **S**upra cuius
caput cum manū posuisset: lectos
singulorū infirmorū plustrans.
et dormientibus benedicens. iterū ad
eum rediit. manūq; sup caput eius
sc̄do posita. sic ait. Deus benedicat
quidquid hic manet. Sicq; egressa est.
No. Si sic dormientes noctibus a spe
culo totius castitatis uisitantur: ual
de decet ut tam ordinate et tam com
posite religiosi in lectis suis iacere
studeant. ut uirginis aspectus
in eis non offendatur. **N**o. Iuste
moueris. Referam tibi de hoc exem
plum: quod me audisse recolo. a
magistro meo in probatione. **D**e
monachis quibus dormientibus bene
dixit vno tantum neglecto.

Monachus quidam **Capl. xiii**
sicut frequenter contingit. cū
nocte quadam dormire non posset
diceret q; orationes suas: contem
platus est in dormitorio feminam
miri decoris. Que cū dormientū lec
tos circuitet. singulis benedixit: v
no tantū monacho neglecto. quē
non respicere curauit. Hunc uigi
lans diligentius notans: cū uisio
ei fuisset intimata mane. cōfessus
est. q; eadem nocte inordinate iacu
isset. aliquid sibi de rigore ordinis
relaxando. **N**on michi dicere potu
it magister meus utrum cuiuslibet
deposuerit. uel caligas dimiserit.
sive tunicam denodauerit. **N**o.
Si pro culpa tam modica mona
chus iste gracia benedictionis pri
uatus est: puto eum dignū esse
pena qui in ordinate et impudice

iacere dormiens consuevit. **M**on.
De hoc terribile satis habes exemplū
in distinctione quinta. caplō tricesimo
octauo. de conuerso quem dyabolus
impudice dormientem in forma mo
nalis deosculabatur: qui mox in
firmatus infra tridū mortuus
est. Dormientes enī et peccare possu
mus et mereri. Que enī uigilando
cogitamus siue ad que mouemur:
siue bona sint siue mala. eadem
nobis sepe p̄sompna occurrunt.
Sicut in cathena cum trahitur et
tractatur. pulsus pulsū impellit: tra
m dormiente precedens cogitatio.
motus siue consensus. opus bonū
uel malum inducit. **N**o. Placet
quod dicitis. Procede nūc de consola
tionibus iustorū. **D**e eo q; b̄a maria
cū sc̄a elizabeth et b̄a maria magda
lena p̄dicto conuerso apparuit. xv.

Supradictū conuersū henricū
monachus quidā uite lauda
bilis cuius nomen prodere non licet.
obtritus rogauit: ut b̄am dei ge
nitricem uirginē mariam. pro se
interpellaret. cum ab illa uisitare
tur. Quod cum promississet. et die
quadam dicto completorio in ora
torio grangie cuius magister eāt
pro ipso preces funderet: apparue
rūt oranti tres matrone mire pul
chritudinis. Ad quarū decorē dū
stuperet. et quenam essent. uel
unde uentrent. intra se miraretur.
una ex eis cogitationibus suis res
pondit. Ego sum maria magda
lena. hec est uniuersalis d̄na dei
genitricis uirgo maria. digno eā

demonstrans: tertia uero est elizabeth
 Et adiūcti. Tu oras pro monacho
 illo nomen eius exprimens: magis
 enī indiges ut ipse orer pro te. Sicq;
 disparuerūt. **Sup** eiusdē monachi
 caput cū adhuc esset dyaconus. et
 euuangelū legeret ad missā: idem
 conuersus columbam uidit descē
 dentem. et usq; ad finē lectionis ibi
 dem manentem. **De uita dñi xpianū
 monachi in hēmenrode. Capl. xvi.**

In eodem claustro quod et hēmen
 rode dicitur monachus quidam
 existit: predicto henrico cōuerso
 contemporaneus noīe et opere
 xpianus. **I**stū multis modis dñā
 nrā uirgo scā maria consolari
 consueuit: secreta sua illi mani
 festans. **H**ui' bñ uiri uitam uideli
 cet qualis ante conuersionē fuerit
 uel post. inquātū scire potui. suc
 cincte tibi perstringā. Non alia ti
 bi de illo referam. qm̄ ea que a reli
 giosis utris qui eum uiderūt et
 nouerūt. michi dicta sunt. **C**um
 adhuc esset scolaris. et scolas ui
 tans per prouincias discurreret:
 nocte quadam in domo cuiusdā
 mulieris hospitabatur. **C**uius
 filia cum haberet caput scabiosū
 et instaret adolescenti. ut si aliqd
 contra illū morbū nosset sibi dice
 ret. asserens multa experimenta
 scolares scire: et ipse negaret. illa q;
 neganti non crederet. tandem in
 portunitate illius uictus: ut se
 ab ea liberaret respondit. **A**ccepe
 barbam iouis. fuliginem. et sal.
 et fac ex eis unguentū. **D**e quo

mor ut filie tue caput perueris:
 melius habebit. **Q**ue cum eadem
 morbo essent contraria. fecit tñ
 mater sicut edocta fuit: et puella
 cibus non propter medicinā. sed
 propter scolaris simplicitatem ut
 opinor. plene conualuit.

Alio tempore cū in domo quadam
 sibi ignota dormiret. et propter
 necessitatem nature solis femo
 rabus indutus surgeret: dyabo
 lus in specie nude mulieris illi oc
 currens dorso eius nudo insiluit.
Quem cū nullo conatu de dorso suo
 erantere posset: sic usq; ad tempo
 matutinale arcueūdo magnū
 tam corporis qm̄ mentis incurrit
 defectum. **O**rdinatus uero in
 sacerdotem. factus est capellanus
 comitis losensis: in castro eius
 missas celebrans. **F**ilius uero co
 mitis sciens illum uirū esse sim
 plicem et timidum. ut eū terret
 uel pelle se circumdedit: et more
 bestie sup pedes manusq; icedens.
 ad columi in capella sedentem sic
 uenit: rugitus contra illū emi
 tens. **Q**uo uiso xpianus territus
 et pene extra mentem factus. ar
 repto cultello tam ualide illum
 collo iuuenis infixit: ut ruere
 pene iocutus. **Q**ui cū modicū
 respirasset: timens uite sacerdo
 tis. ait. **F**ugite dñe xpiane: quia
 filiū comitis occidistis. **M**or ille
 territus fugit: et cum uenisset
 ad portam castri. dixit ostiario.
Aperi et sine me fugare: quia fili
 um comitis occidi. **V**ides quāta

simplicitas. Statim ut hec innotue-
runt: parentes et familie plange-
runt ualde. Ad petitionē tamē iuue-
nis. xp̄ianus reuocatur: culpa ig-
nosatur: contra spem vulneratus
cicuis comalescit. **H**ec michi retu-
lit b̄te mēdie walterus de birbach.
Tempore quadam cū p̄dictus xp̄ianus
commendationē hoīs mortui faceret:
mortuus ille surrexit. fugientibz
om̄ibz qui aderant. fugit et que xp̄i-
anus: uenitq; fugiendo ad fluuiū
qui non longe aberat. Quē mortu-
us sequēs clamauit. Dñe: est michi
domi aries optimus: tollite eum:
et orate pro me. Sicq; ad feretrum
de quo exierat reuersus: mortuus
est et sepultus. **H**abebat autem
preter predictam capellam eccliam
legitimā. cuius pastor erat: ad quā
quociens ire debuisset. fluuiū quēdā
mansue habebat. Qui cū minor eēt.
equo uectore illū transuadabat: nū-
uero inundasset. nauigio transibat.
Quodam igitur tempore cū ad fluui-
um de more accessisset: maiorem
qm̄ crediderat reperit. Propter qd̄
cum se et equū ei cōmittere non au-
deret. et nauicula deesset. et paululū
quid faciendū esset deliberaret: ecce
apparens ei b̄ta maria magdalena
apprehendit eū cū uestimēto supra
collū. et in ulteriorem ripā deposuit:
ita ut erat in equo sedentem. Ierus-
mag; ad ecclesiam puenit. et diuina
celebrare exorsus est: nullū habens
aduiorem. nisi rusticū ecclie cus-
todem. Beata uero maria magda-
lena que mirabiliter eum illuc p̄-

duxit: nulliq; eius interesse non re-
fugit. Nam quociens se uertebat di-
cendo. dñs uobiscū: uidit matronā
reuerendissimā in oratorio deambu-
lantem. In qua nullū sciens esse mor-
taliū. preter predictū custodem. eūde-
missa finita cōuenit: interrogans
si aliquid uidisset. Ip̄e autem et se
eam uidisse asserbat. **Q**uia teste
scriptura dignū est ut iustus iustifi-
cetur adhuc: considerans uenerabi-
lis sacerdos mūdi pericula. dyaboli
temptamenta. carnis incentiua. di-
uina gracia inspirāte. mūdū deseru-
it: et religionis habitū in hēm̄ero
de suscepit. Die quadā in solario pro-
bationis. in oratione iacens. et de cor-
poris sui ibecillitate. ordinis distric-
tione. pensq; purgatoris cogitās.
tedere cepit. **E**t mox mirabili quadā
uirtute: animā suam a corpore se-
parari sensit. Vidit et sepulchrum
opere mirifico coram se cōpositum.
Et ecce sc̄a dei genitrix uirgo semp̄
maria. in claritate maxima cū mul-
ta turba uirginū p̄ fenestrā eo uidere
ingressa. **D**ichumq; est qd̄ ip̄a esset
mulier de nazareth. **Q**ue corpus ex
anime sacerdotis a capite leuatis.
et fridericus imperator. auus huius
friderici qui hodie imp̄at. a parte pe-
dum: reuerenter illud tumulauert.
Dem̄de b̄ta uirgo maria cū multitu-
dine angelorū obsequentiū ad celestia
rediens. auā tumultu demonū
cateruis sequentibz. et massas igne-
as post eam exsufflantibz secum
duxit: illesam q; custodiuit. **D**ucta
tamen ad quēdā ignē maximū.

edocta est ab angelis q̄ post mortem
 illuc esset reditura et ignē eundē tran
 situra. **R**epente se corpore restitutam
 inuenit. **D**e modo illius transiōis
 et causa: nemini aliquid dicere uolu
 it. **T**estatus est autē animā suam
 ubiq; fuisse oculatam: et tante scie
 qm̄ diu exuta fuit a corpore. ut post
 suscitacionē caritatis sue caliginē
 miraretur. **I**nterrogatus de formis
 angelorū. siue demonū. respondit
 angelos se uidisse in specie puellarū
 pulcherrimarū: demones uero in
 effigie coruorū. **H**ic recordor dicti
 cuiusdam cuius anima nup̄ educ
 ta fuit a corpore et reuersa. **A**nima
 inquit educta a corpore: qm̄ non est
 reuertenda. reliquas aīas siue sp̄s
 angelicos uidet sicuti sum. **Q**uādo
 uero reuersura est ad corpus: non
 datur ei animas siue angelos con
 templari. nisi sub aliqua similitu
 dine et liniamētis propter uiuē
 tes. **N**on **S**atis uidetur istud esse
 probabile. **S**ed quid significat qd̄
 predictū sacerdotem dn̄a n̄ra sc̄a
 maria cum imperatore friderico
 cumulauit. **N**on **S**icut michi re
 tulit prefatus walterus qui huius
 cumulacionis solucione cū mar
 mo labore et hoc secretissime ab eo
 elicere potuit: quātū b̄ra uirgo ma
 ria illum dilexerit. uel quātū meriti
 apud deum fuerit. p̄ eandem ei uisi
 onem ostendit. **A**c si diceret. **N**ullus
 in regno terreno friderico cesare qui
 nūc imperat dignior est: nec ipse
 tamen prestare obsequiū sepulture
 tue dignus est. **I**ta ipse intellexit.

Demonēs uero in diuersis formis se
 pissime uidit: hominū uidelicet. a
 immalū. repalū. sicut in quinta
 distinctione mentium me dixisse. ca
 plō sexto. **Q**um tempore quodā
 staret inter alios ad psallendū ad
 horam sextam: uidit mensam in
 medio chori stantem. decentissime
 preparatā. **V**enientes autē tres
 miri decoris matrone iudimenta
 sacerdotalia apporauerūt: et ex
 plicantes ea sup̄ mensam. ipsi p̄
 sentauerūt. **A**lio itidem tempe
 cum in iūcio laudū psalmus. deus
 misereatur n̄ri. decantaretur: ui
 dit dexteram dei sup̄ mediū chori
 dantem benedictionē sup̄ consētū.
Ob qm̄ causam concessum est fr̄ib;
 conuersis. in minorib; festis illum
 psalmū pauidere. **N**o **M**iror quib;
 meritis uir iste ad tantā puenit
 gloriam. **N**o **V**irtutib; animi
 maxime: caritate uidelicet. simpli
 citate. humilitate. et hys similib;
In hys enī consistit regnū dei: nō
 in sermone uel in labore corpali.
Predicare autem seu manibus
 laborare sine uirtutib; ad modū
 cum ualet. **T**ante siquidem fuerat
 humilitatis. ut si aliquē monacho
 non obuiū habuisset. complica
 tis manibus se contraheret: et ne il
 lū ueste tangeret in p̄tem declina
 ret. **R**equisitus de hoc respondit.
Ego sum peccator: et non sū dignus
 ut hos sc̄os uirustangam uel tan
 gar ab eis. **D**uos siquidem filios
 ante conuersionē in ueniente ge
 nuerat. non tamen legitime: h̄

ricū uidelicet conuersū de uulatio. uirum sc̄m de quo dictū est in quarta distinctione. caplo tricesimo primo. et iohānem monachū de hēmenrode qui adhuc super est. **Non** Quid est q̄ maiorem gratiam in huiusmodi reuelationibz uidemus īpendi p̄ccatoribus et lapsis post penitentiam. q̄m hys qui innocēciam suā seruauerūt. **Mo** Vbi habundauit delictū: ibi frequenter sup̄habundauit et gr̄a. Et hoc fit ex ineffabili dei misericordia: ne uidelicet lapsi propter p̄ccā cōmissa desperent. et ne innocētes de sua innocēcia superbiant. Sedente me tempore quodā in conuentu sanctimonialū ordinis nr̄i: cum de huiusmodi uisionibz conferremus. una ex uirginibus dixit ad me. Videte. q̄ deus talibz secretā sua reuelat et non nobis: inam digito demonstrans. quam non uirginē uenisse ad ordinem suspicabatur. Cui ego respondi qd̄ iam supradixi: hoc adiciens. uos forte eandem gr̄aciā ascriberetis uirginitati uestre. et uult deus magis uos esse humiles. q̄m uirgines. Bene intellexeram non sine sup̄bia eam uerba huiusmodi protulisse. Et talū mentes q̄nqz uirtus uirginitatis extollat: ex uerbis cuiusdā alterius sc̄monialis tibi plenius ostendam. Certe inquit nō eo filis ego que uirgo sum uiduis: que filios et filias genuerūt. Q̄ntum tamen deo humilis uirginitas placeat. et q̄m nutritice sua illis secreta reuelat: sequentia capitula

declarabūt. **Mo** Memini te superius dixisse meritū magis consistere in uirtutibz animi. q̄m in opibus exterioribus. Ut quid ergo cotidie mortificamur. orando legendo. uigilando ieiunando cantando. et manibz nr̄is operando. **Mo** Hec omnia sine merito uite eterne fieri possunt: motus autem uirtutū nūq̄m. Quid quid sine caritate et ceteris uirtutibus fit: mortuū est. Audi ergo utilem distinctionē ex regulis theologie: per quā cognoscere poteris penes quid meritum consistat. Meritū uero consistit penes gr̄aciā efficaciter. penes liberū arbitriū occasionaliter. penes uirtutes formaliter. penes motus uirtutū essentialiter. penes opera uirtutū ut est oratio et reliqua paulo ante a te enumerata instrumentaliter. **Plenius** tibi hanc distinctionē exponerem: si non ad ea que adhuc super sumus huius b̄i uiri uisiones festinarem. **Q**uodam tempore cum grauius infirmaretur. et a ministro ut aliquantisper gustaret rogaret: dixit q̄ septem dies transissent: in quibz singulis. uisitacionem d̄ni nr̄i ih̄u xp̄i et dulcissime nr̄is eius marie accepisset: de quorū uisitacione tam dulciter esset affectus. q̄ nullum tibi uel potus haberet appetitum. **Item** .. **A**lio itidem tempore cū egrotaret infirmitate penitioria et filio suo predicto iohanni quascūqz uisitaciones recitaret: cognoscēs

hoc dñs gerardus tunc infirmarius
 ibidem. postea abbas noster in heil-
 terbach. a quo hec audivimus ad
 priorem cucurrit: et quia dñs ep̄i
 amicus quedam mirifica filio suo
 recitaret nūciavit. **Mox** prior ad
 illum veniens et coram ip̄o sedens
 si aliquid loqui uellet de confessi-
 one: ex industria interrogavit.
Cui cum responderet. confessionē
 feci: subiicit. **Rogo** ut aliquid
 michi dicatis. ad edificationem.
Tunc ille. **Et** quid dicam uobis?
Jam enī dñā nr̄a sancta maria
 fuit ante me cū filio suo dño nr̄o
 ih̄u xp̄o. et quia horas meas ob
 corporis imbecillitatem. dicere nō
 potui: ip̄i me iuuerunt. **Quas** dā
 horas speciales dicere consueverat.
Vniuersa hec audivit predictus ge-
 uardus: post tergū prioris sedens
 Interrogatus etiam qualia habent
 uestimenta: respondit. **Cucullas**
 sicut et uos. **In** tali enī habitu se ei
 ostendere dignati sunt: qualem
 ille pro eis susceperat. **Sic** q̄ sine
 beato decedens ab ipsis receptus est.
 a quibus moriens fuerat uisitato:
 et in eternis sedibus cum gloria
 locatus. **De sacrista de lucka q̄ nocte**
br̄ā mariā residē conspexit super

Duper monachus altari. **xvii.**
 quidam ordinis nr̄i adam no-
 mine per nos transiens. inter cetera
 mirifica quedam de dñā nr̄a sancta
 maria nobis recitavit. que in suo
 monasterio ueraciter contigisse
 testabatur: ex quibz duo statim p̄-
 feram. reliqua locis competentibz

reseruabo. **Vocatur** autem domus
 eius lucka: et est sita in saxonia. Et
 ibi custos uir bonus et religiosus.
Qui cū nocte quadam oratoriū
 intraret: ante matutinas dñā
 nr̄am scām mariā. tamq̄m orato-
 ry patronam super altare in multa
 gloria residere conspexit. De qua
 uisione ualde letificatus est: sperās
 ministeriū suū illi placere. **Item**
Alio uero tempore cum ostia orato-
 ry reseraret uenisset q̄ ad cancellos
 ubi hospitibz stare moris est: dy-
 bolum super feretrū in effigie ho-
 minis teterenti iacere uidit. **Qui**
 cum se signaret nec ille fugeret: mox
 ut propius accessit fantasma eua-
 nit. **Tunc** ad confusionē dyaboli
 sup̄ ip̄m feretrum se composuit: tā-
 diu in eo iacens. donec septem psal-
 mos penitenciales decantasset.

**De monacho de lucka qui scām ma-
 riam uidit circumire ad iugulas et
 singulorū vultus detegē duobz tñs:**

Alius quidam **neglectis. xviii.**
Her monachus eiusdem loci cur-
 tanta gracia dignus. nocte quadā
 dñā nr̄am sanctā mariam uidit
 chorū psallentiū circumire: et sin-
 gulorum monachorū vultus dete-
 gere. duobz tantū neglectis. **Et** q̄
 vnus mori incurrit apostasiam:
 de altero quid adhuc futurum sit
 ignoratur. **De altero monacho eadē**
cenobii cui br̄ā maria super altari
apparuit inter sanctos. xix.

In eodem cenobio monachus quidā
 nocte quadam putans in oratorio
 nolam ad matutinas eē pulsā.

cum multa festinatione surgens. o
ratorū intravit: ueniensq; añ pres
biterū. circulū nimie claritatis ad
mistar yris formatū in aere super
altare conspexit. In quo dei filium
saluatorem nr̄m ih̄m xp̄m. cū bea
tissima matre eius maria contem
platus est: et circa ip̄os ex omni pte
multitudinē sc̄orum. illorū marie
quorum in ecclesia reliquie contine
bantur. Nouerat enī illorū nomina
eo q; q̄nq; ibidem fuisset sacrista: nec
michi constat si idem esset qui supra
stante eo in loco predicto: ait dñā
nr̄a sancta maria duob; angelis.
Adducite eum ad me. Quo facto:
cum litteras in circuitu corone hr̄e
marie uirginis scriptas legere uide
retur. nec posset: ait hr̄a maria uir
go ad angelos. Deponite eum ad
terram: ibi q; petens ueniam dicat
angelicam salutationem. et redu
catur. Quod cum factū fuisset: et
adhuc easdem litteras minime le
geret: tertio eodem modo depositus
et reductus. litteras quidem legere
et intelligere potuit. sed ne scrip
turam ulli hom̄i proderet. interdic
tum accepit. Quo ad terram ab
angelis deposito: disparuit et uisio
Ro. Miror si sic dñā nr̄a scā uirgo
maria uisitet pfectas feminas quo
modo uiros: **Mo.** Non est apud
ipsam differentia. femina nata
est: om̄i uiroꝝ caput xp̄m ex se ge
mit. Vtrumq; serū consolatur
et uisitat: utriq; sua secreta reue
lat. Hoc esse uerum magis tibi
ostendant exemplis q̄m uerbis.

De uisionib; nobilis uirginis de
in regno francie quido. xx.
uilla que quido dicitur. uirgo q̄dā
fuit nobilis et religiosa: sed parali
tica. Huic pater suus utpote uir
magnus et diues. sacerdotē qui ei
diuina celebraret instituit: m̄stros
annuosq; redditus sufficienter or
dinauit. Que cū oracionib; ieiun
iis. et diuine contemplacioni ope
ram daret: uauillariū dulcedine pa
sta est: ut omnis abus corporalis
ei in nauseam uerteretur: nec aliqd
ex eo sumere posset: nisi succū mo
dicum uuariū. Hospitalis erat ual
de: per quam et spiritū meruit pro
phete. Ordine nr̄m sūmo honore
uenerabatur: et hoc ei sepissime
contigisse fertur. ut cum aliqui mo
nachorum siue abbatū ad eius
hospitiū diuertere proponerēt. illo
rum aduentū ip̄a presciret: atq; i
hunc modum hylaris familie dice
ret. Tali ac tali die illi et illi abbates
siue monachi ad nos uenturi sunt:
preparate eis necessaria. Quod ita
f̄m est. Visionem quādam mirifi
cam de ordine nr̄o uidere meruit:
que in ordinis amorem illam plu
rimū accendit. **T**empore quodā
capli gnialis de ip̄o caplo sc̄alā mire
pulchritudinis usq; ad celum uide
erectam: dñm q; minirū sc̄ale super
caplū respicientem. Cuius latera
et gradus tanti splendoris erant:
ut radios solares superarent. **No**
Quid autem significasse tibi uide
tur hec uisio: **Mo.** licet omnia q̄
in eodem caplo tractabantur ab

abbatibus qui ex diuersis mundi partibus
illuc confluxerant, diuina inspiracōe
ficerent: haut dubiū tamen quoniam s̄c̄i
angeli descendentes et ascendentes ea
dem xp̄o ob eius honorem fiebant
nūciarent. **No.** Videtur michi s̄c̄i
her ut ego in uisione hac s̄c̄i iacob pa
triarche equalis: quem similem uis
sionem in bethel scriptura uidisse
cōmentor. **Mo.** Iudicio humano
uidetur hec uisio illa superior: eo q̄
illa facta sit in sompniis: ista uigi
lando in excessu mentis. **Sequenti**
capitolo cum relata fuisset hec uisio
abbatibus: exultantes in spiritu a
iebant. **Vere** terribilis est locus
iste: non est hic aliud nisi domus
dei et porta celi. **Itē** **Alio** tempe
cum in die purificationis dñe
nre s̄c̄e marie uirginis, clericis a
liisq; ministris diuino nutu ab
sentibus sola iaceret: intra se tristis
dicebat. **Modo** hic sola taces: nec a
liquod obsequij more ecclesie vniuer
saliū hodie b̄e dei genitrici marie
impendis. **Dum** talia in mente uol
ueret: spiritus eius mirabili dei uir
tute eductus: ab angelo in celestē
iherusalem est deductus. **In** qua
marinā uidit processionē: ex di
uersis eiusdem ciuitatis ordinibus:
patriarchis uidelicet, prophetis, a
postolis, martiribus, confessoribus,
uirginibus: ceterisq; fidelibus. **Ex** q̄
bus b̄ni ac b̄ni simul incedebant:
et candelas ardentes in manibus
gestabant. **Antiphonas** siue respō
soria ad diem pertinentia, more eccle
militantis omnes decantabant.

Angelus uero uirginis ductor alte
ri cuiusdam uirgini quam nouerat
esse consimilis meriti illam sona
uit: candelam porrigens ardentē.
Tantus erat decore omnium: tanta
gloria in dispari tamen claritate
singulorum: ut nulla lingua fieri
sufficeret. **Saluator** uero xp̄s dñs
noster: qui capite est omnium
sc̄orum. splendor glorie et sol iusti
cie. indutus pontificalibus, in tra
gestans in capite suo, cū baculo, a
rotas et anulo, et reliquis episco
palibus ornamentis: nouissimū
lotū cū sanctissima matre sua ma
ria tenebat. **Cuius** pulchritudine
omnis ille celestis exercitus mira
batur. **Qui** cum post tertiam sta
tionem inchoasset antiphonam.
hodie b̄a uirgo maria puerum
iherosolim p̄ntauit in templo, et ceteri
ingressi sunt templū ex auro q̄
mis q; constructum. **Deinde** iū
tus est missē introitus, uidelicet,
suscepimus deus misericordiam
tuam: et ab omnibus simul d̄a
tatus. **Interim** cristo introeunte
ad altare, postq̄m expletū est kyn
ecleron, a choris alternatim, post
gloria in excelsis quod ip̄e inchoa
uit, beatus prothomartir stepha
nus epistolam legit de libro ma
lachie prophete, uidelicet ecce ego
mitto angelum meū. **Sanctus**
uero iohannes euangelista gal
matica indutus legit cum angeli
sc̄um lucam, uidelicet, postq̄m im
pleti sunt dies purificationis ma
rie. **Quo** perfecto dñs n̄r ih̄s xp̄s

sc̄dm̄ more ordinis nr̄i. ad gradum
redit: et ab offerentibus candelas
suscepit. **P**redicta autem uirgo p̄
spiritū sciens se ad corpus reuer
siram: candelam suam offerre no
luit. etiam angelo suo precipiente:
uolens illam ad terras secum de
portare. **Q**uod angelus consideras
candelam in manu eius fregit: su
periorē partem auferens: et infe
riorē illi relinquens. **S**icq; ad cor
pus reuersa: p̄tem eandem manu
conclusam se retinuisse inuenit.
De qua plurime fiebant et forte
usq; hodie sūt uirtutes: nā aquā
sup̄flam infirmi bibūt et conua
lescūt. **T**am manifesta et tam sub
limis erat uisio. ut modū eius mi
nime intelligeret: dicens illud apl̄i
cum de ea interrogaretur. siue in
corpe siue extra corpus nescio. deus
sūt. **D**ñs eustachius abbas de hem
merode. uisitatoꝝ ist̄i audiens hāc
uisionem. quibusdam abbatib; **r**e
ferentib;: desiderio ueritatis cog
noscente uirginē presentialiter a
dit: et ab eius ore que dicta sūt
audiuit. **N**on Non possim uisio
nem apl̄i huic preferre. qui se usq;
ad tertiū celum captū fuisse testa
tur. **N**o Nosti quid sit tertiū celū:
No Non **N**o. Primiū celū uisio
est corporalis: secundū. uisio spiri
tualis: tertiū. uisio mentalis. **H**ac
uisus est in suo captu apostolus: si
nit et hec uirgo. **Q**uod uiderunt:
hec intellexerunt. **S**i autem queris
de loco: primiū celum intelligas a
erum: secundū. siderei: tertiū.

empyreū. **I**n hoc corpora electorum
erunt: post resurrectionē glorioſā.
Utrū ad hoc celum nec ne corpore
capta sit hec uirgo: nescio. deus sūt.
Aliam uero deus illi ostendit uisi
onem: multo hac excellenciorē.
Cum tempore quodam cogitaret
de abisso eterne predestinacionis.
et de ineffabili sacramento atq; re
medo diuine incarnationis: sc̄a
in excessu. uirginē coram se uidit.
ad instar cristalli perucidam. **I**n
cuius utero contemplata est infā
tem pulcherrimū: regio dyadema
te coronatū. **H**abebat autē idē
dyadema quatuor flores eminetes.
qui ea intente surſū ascendentes
et uirginis cerebrū excreſcentes. in
ramos arborēos profecerūt: et mo
dico spacio tempus emenso. quatuor
mūdi partes impleuerūt. **Q**uorū
fructus erant pulcherrimi: odoris
erant: mirisq; saporis. **E**t ecce sub
ramis eiusdem apparuit omne gen̄
humanū. a prothoplasto adam
usq; ad ultimū qui in fine mūdi
nasciturus est. **S**oli uero electi fruc
tus arboris carpebant. eisq; uesce
bantur: reprobi autem nichil ex
eis contingere uel uesa potuerūt.
In qua uisione tantam diuinitus
accepit scienciam: ut postea loq̄s
cum aliquo. more intelligeret utrū
esset predestinatus uel presatus. **S**i
uero predestinatus. satis cum illo
quasi cum concine loqui delectaba
tur: si autem presatus. more se ab
eius colloquio liberauit. **N**o Mi
ra sūt que dicis. **M**an Si d̄s tanta

actalia uultis in uia. quanta putas
 illis ostendet in patria. Reuera. que
 oculus non uidit nec auris audiuit.
 nec in cor hoīs ascenderūt. **D**ic q̄
 dam cum corporale quod ip̄a laue
 rat. panno mūdissimo substrato.
 radys solaribus per fenestrā simi
 sis super genua sua desiccaret: ma
 trona reuerendissimi vultus ad illā
 ingressa. infantem pulcherrimū
 quem gestabat eidem corporali sup
 posuit et abijt. Quem cū amouere
 uellet ignorans quis esset: ait infā
 tulus. Sine me sedere sup lintheamē
 meū: sicq; in oculis eius disparuit.
 Et cognouit quia xp̄c esset: qui sub
 specie panis super sc̄m altare eidem
 lintheo inuolui consueuit. Multa a
 lia huic reuelata sunt uirgini. que
 michi non sunt relata: que forte ab
 alijs sunt conscripta. Non est diu q̄
 ab hac luce migravit: laboris sui
 ac patientie mercedē receptura. **de**

**sc̄moniali q̄ sc̄m mariā in sua al
 sup̄cōt coronā de celo sup̄ dūctū m̄m**

In monte sc̄e demitē cōspexit. **xxi.**
 Walburgis cenobio ordinis nostri
 quod duob; miliaris distat a colo
 nia. quedam sanctimonialis uirgo
 ante annos paucos est defuncta.
 nomine xp̄ina. Huic dñs et beata
 eius genitrix uirgo semper maria.
 plurima de secretis suis reuelauerūt:
 ex quib; aliqua non per ordinem s;̄
 sparsim tibi replicabo. Cum tempē
 quodam in festiuitate assumptōis
 gloriosissime dñe nr̄e sc̄e marie ui
 sitaret apud nos in heisterbach pre
 dictus eustachius pater noster. et

essent cum eo plures abbates: in
 ipsa sacratissima nocte iam dicta
 uirgo de loco nr̄o uisionē uidit hui
 uismodi. Cum abbas prefatus
 ymnū de deum laudamus. nicho
 asset. illa stans in choro suo men
 tis excessum passa est: uiditq; celū
 apertū super congregationē nos
 tram. Et cum illo tempore oratori
 um nr̄m totum esset lignū: utraq;
 eius frontem auream esse cōspexit.
 Sustollens oculos cū celū intueret
 gloriosam dei genitricem uirginē
 mariam. totius ordinis patronā
 in sede splendidissima iudicē residen
 tem: et circa illam sanctorū multi
 tudinē. quorū etas circa uiginti
 quatuor annos esse uidebatur. Cū
 uero chorus monachorū inclinādo
 deuote cantaret. sanctus. sc̄s. sanct'
 dñs deus sabaoth: ip̄a beatissima
 uirgo maria deuotioni eorū cong
 tulans. coronam nitre pulchritu
 dinis quales in ecclesijs pendere so
 lent. per catenam auream super
 conuentū de misit. loco autem no
 di gemma erat preciosa nimis ac
 lucida: in qua scriptū erat. o clemē
 o pia o dulcis maria. De ip̄a gēna
 tria procedebant brachiosa: que
 coronā dependentē retinebant. Et
 nomine uero maria radij quidā
 creuites. nomina monachorum
 singulorū eadem hora in choro ex
 istentiū que p̄ circuitū corone sc̄p
 ta uidebantur illuminabant. In
 eisdem nominib; magna erat in
 equalitas. tam in positione qm̄ i
 claritate: quia sc̄dm qualitatem

meritorū. erat claritas nominū. et quorūdam nomina qui recentiori tempore uenerant. quorūdam nominibus uidebantur superiora qui diu laborauerāt in ordine. Et quo colligitur q' merita dño famulantiū non consistant penes spaciū temporis. non in labore corporis: sed magis penes feruorē deuotionis. Cum autē uentū esset ad locum illū. in te dñe speraui nō confundar in eternū. coronā retē in celum: clara uoce dices. Sicut ego hodie sum in gloria mea: ita isti omnes meū erūt in eternū. Cū nichil apud nos de hac uisione sciretur. theodericus de lurche monachus noster mane accedens ad abbatem nrm dñm henricū. conuestus est ei. q' eadem sanctissima nocte nichil potuisset habere de uocōnis anteqm uentū fuisset ad predictū locum ymni scilicet scūs scūs dñs deus sabaoth. De quo uerbo postea satis mirabatur cum ei uisio recitata fuisset.

Anteqm eadem uirgo scūmōialis ad ordinē ueniret. esset q' nubilis et aduulca: sic quadam stans in ecclesia quadam cū lecto euuangelio cammararius exisset putās se posse redire ante sanctus. et sacerdos expletis secretis. inuisset dñs uobiscū. sur sū corda. et cetera q' ibi sequuntur: ymago dei genitricis sempiternis uirginis marie. desup altare ad singulā respondit. Illi nouitatem uocis considerans ut campanariū abesse deprehēdit:

defectum illum gloriosam uirginem mariam suppleuisse per os sue ycone non dubitauit. Et quo nobis uerēdū inuicetur: si ibi desides et negligentes fuerimus: cum circa illud ineffabile sacramentū tanta sint sanctorū obsequia. Quā autem gloriosi nominis matris dei marie inuocatio egrotis salus sit et medicina: subiecta probabūt exempla. **de ordine ppōno xantēsi q' p'abus scē marie a duplici infirmitate curatus est. xxii.**

Nobilis octo quandoq' xantēsis prepositus. tempore quodā adoleſcentie sue duplici laborabat infirmitate: febre uidelicet acuta et fistula in locis nature secretioribus. Quam infirmitatem ob uerēcōndam medicis celans. et pro remedio sanitatis gnām nrām sanctam mariam frequenter inuocans. febre inuolente desperatus et depositus. candelā more seculariū manu eius impressa: omnibus qui aderant uisus est exspirasse. Et ecce b'ra uirgo maria quam inuocauerat spiritu eius uisa est adesse cum filio: hys uerbis pro uenire eum interpellans. **Fili inquit: da michi puerū istū. Cui respondit. Mater. tuus sis.** Ad quod uerbū mor cepit egrotus uel ut contristantibus uisum est mortuus respirare. atq' cōfortari: in tantū ut in lectum suū iuberet se reponi. De febre p' intercessionē b're uirginis marie: tunc plene curatus. Cū adhuc fistula labo-

raret: tacito morbo p̄ totam ciuitate
traiectensem missarū suffragia.
maxime de dñā nr̄a pro sua inco-
lunitate sibi impendi postulauit.
Et quia medicinam spiritualem
medicaine corporali preposuit: an-
teqm̄ misse essent percantate sacra-
menti uirtus fistulam dirupit. et
sanies erupit: sic q̄ integraliter
sanatus pro gratiarū actione cru-
ce signatus est. Eodem tempore
ueniens uetellus domū ordinis nr̄i
dn̄m walterū q̄nq; magistrū suū
et tūc nouiter ibidem conuersum.
modo abbatem uilariensem. ibidē
reperit et salutauit: cui etiam per
ordinem historiam sue curationis
recitauit. hoc adiciens. Vtinā mo-
do non esses hic: ut simul mare tra-
sire possimus. Quem cū interro-
gasset de quibusdam uicijs quibz
illum aliquando subiacere noue-
rat. et si se de illis emendasset. et
ille respondisset non. subiicit. Cer-
te malas gratias curatori et cura-
tria uestre rependitis. Postea uero
casina propter q̄m in episcopatu
traiectensi ortū est: et extitit cau-
sa multorū malorū. Hec nobis
predictus retulit abbas walterus
qm̄ medicinale sit nomen marie:
quodam tibi iocūditissimo pandā
exemplo. **de dño cui s̄ maria p̄ lingua**

ab hereticis prescisa nouam restitit

Ante hos **ii. Caplin. xxiii.**
annos cum catholici contra
abherentes hereticos fuissent signati
et tunc non modicū ab eisdem
idem essent heretici exacerbat: duo

honesti clerici per terram illozū
transitum facientes. cum ecclesia
uidissent in uia desolatam: unus
ait alteri. Sabbatum est: intrem
ecclesiam hanc. et dicamus missā
in honore dn̄e nr̄e sc̄e marie. Por-
tabant em̄ secum librū. calicem et
indumenta sacerdotalia. Anteqm̄
esset missa completa: hereticis pro-
diti sunt. Qui armata manu in-
trantes: et sacerdotem de ecclesia
trahentes linguam eius radicibus
abstererūt. Quem socius cū multo
labore diuini cū deducens. mona-
chis comendauit. Illi uero sicut
uiri catholici et religiosi. sacerdotē
catholicum et notum. propter fi-
dem x̄pi et genitricis eius marie
honorem. tam crudeliter mutila-
tum deuote suscipientes: omnē
ei humanitatem exhibuerunt.
In nocte uero epyphanie cum sol-
lemniter decantarentur uigilie:
baculo parietem pulsans missas
aduocauit. Qui cum querebant
quid uellet. et ille se in oratoriu de-
portari signaret: uolentes ei pecc-
non acquieuerūt. Tandem iportu-
nitate eius tediati: in ecclesiam
eum ducentes. ante altare quoddā
deposuerūt. Qui cū matre misericordie
tota mentis deuotione iuocasset.
illa ei apparens. et carnem lingue
formam habentem in manu te-
nens respondit oranti. Quia p̄
fidem filii mei. et honorem michi
exhibitiū. lingua tua priuatus
es: ecce nouam tibi restituo. Aperi-
os tuū. Quod cum fecisset: dignus

ori eius immixtis. radici lingue pre-
 fuisse carnē eandem conuērit et vni-
 uit: sicq; disparuit. Qui mox cū
 angelo in uocem laudis erūpens:
 clara uoce clamauit. *Aue maria*
 gratia plena dñs tecū. usq; in finē.
 Quam salutationē cū crebrius re-
 peteret stupentes accurrere nūstri:
 accurrerūt et de choro monachi. de
 tam puro et tam iocūdo miraculo
 deum eiusq; genitricem glorificauit.
 Non inemor collati sibi bene-
 ficij clericus: in eodem cenobio factus
 est monachus. Cum iohannes sco-
 lasticus rancensis circa idē tēp^o
 esset in prouincia albiensiu cum
 exercitu dñi audiens de tanto mi-
 raculo in reditu cluniacū uenit. iam
 dictum monachū sibi ostēdi
 petiit et obtinuit. lingua uideri:
 ab eius ore que dicta sunt audire.
 Sicut nobis retulit idē iohannes
 reliqua carne candidior est: adif-
 ficatricem in loco prescissionis ser-
 uans. Huius miraculi testis est
 uniuersus cluniacensiu cōuētus
 usq; hodie.

**De adam monacho de
 lucia p'stam mariā a scabie capitis
 saluato et de salutib; q's opatur in**

Adam mōte pessulano. xxiiii
Sacerdos et monachus de luc
 ha cuius supra memini capitulo
 decimo septimo. considerans me
 in huiusmodi miraculis delecta-
 ri: et multa caritate michi de se-
 ipso retulit quod dicturus sum.
 Cum inquit essem puer. ita caput
 habebam scabiosum: ut pre fe-
 tore putredinis eius meū sedere

uel legere scolares retulerent. Pri-
 ma oratio quam didici: salutacō
 erat angelica. Adhuc puerulus
 satis eam frequentans. Cū apud
 monasteriū westfalie positus fu-
 issem ad hectoras. et eundo ad sco-
 las siue ad matutinas cotidie
 transirem p quādam ecclesiam
 conuentualem ex necessitate uie
 sine intermissione ante oratori-
 um in honore dei genitricis ma-
 rie dedicatum: cum tribus ue-
 uis totidem feci salutationes.
 Nocte quadam putans ad matuti-
 nas fuisse compulsatū. surrexi
 tremens: et cū uenissem ad iam
 dictum monasteriū esset q; ora-
 torium clausum. tribus uicibus
 scdm consuetudinem genua flect-
 tendo dñam nrām scdm mariā
 angelico uersiculo salutauit. Sic
 gens uero inueni ostiū apertum:
 et tanta erat in ecclesia claritas
 ut fulgore meridiano assimula-
 retur. Quam cum stupidus in-
 trassem: uidi ante maius altare
 septem matronas pulcherrimas
 residentes: unam in medio que ce-
 teris clario: erat. et sex hinc inde
 id est tres a dextris et tres a sinistri.
 Media uero me uocans. cū propi-
 us accessissem. ait. Bone puer: q;
 re non adhibetur cura capiti tuo:
 Respondente me dñā. satis circa
 me laborauerūt amici mei. sed
 nichil profecerūt: subiūcti illa.
 Nosti que sim? Cum dicerem. uō
 dñā: respondit. Ego sum mater
 xpi: et dñā huius oratorij. Quia

mei memoriā sollicitus es habere: ego tibi curam adhibeo. Accipe fructus ligni fusilis. et fac tibi hodie ex eo lauari caput tribus vicibus ante missam. in nomine patris et filii et sp̄s sc̄i: statim q̄ curaberis. Et adierit. Accede ad me. Quod et feci. **F**lectente me coram ea genua: manū sup̄ caput meum ponens ait. Ab hac hora usq̄ ad diem mortis tue non dolebis caput. **M**ane uero quidam femine que me nutriuit omnia retuli. **Q**ue in uallem prope mariā descendens. et ostensos fr̄s colligens. predicto modo caput meum lauit: statim q̄ conualui. **D**olorem uero capitis nūquā ab illa passus sum: cum tamen hoc in ordine satis sit miraculosum. **N**o **U**t uideo medicina h̄c uirginis marie nichil efficacius: nichil salubrius est. **N**o **N**ec mirum. **I**p̄a medicum genuit: ip̄a medicinam generis humani ex se produxit. **U**nde scriptum est. **G**erminet terra herbam uirentē sc̄dm̄ genus sicut: id est maria xp̄m̄ hominē. aīatū corpus sumens de uirgine uasa dignatus est. **I**tem expressus in ecclesiastico. **A**ltissimus de terra creauit medianā: id est ex carne uirginis marie saluatorem. **I**hesus interpretatur saluator siue salutare. **Q**uia saluator. medicus est: quia salutare. medicina est. **Q**uia maria terra sit: testis est ysaias. qui dicit. aperiatue terra et germinet saluatorem. **Q**uia de hac terra creatus sit: idem propheta dicit in p̄sona patris. ego dñs crea

ui illum. **E**t ap̄ls dicit eum factum ex muliere. **Q**uid ergo mirū si ap̄d ip̄am sunt medietate sanitati: que ortus est aromatiū. **D**ilectus meus inquit descendit in ortū suū id est in uterū meū: ad areolam aromatiū. **C**onsidera rupem amatoris. et alia loca. in honore ipsius dicata: et non miraberis. si parata fuerit ad medendū et efficac̄ ad sanandū. **U**nde in monte pessulano ubi fons est artis physice tantas operatur sanitates. in quadam sua ecclesia: ut medici gratie inuidēs paup̄culis infirmatib; et pro remedio sanitati ad se confluentibus dicere soleant. **I**te ad ecclesiam sc̄e marie. **d**eferte ei lumen: et recipietis sanitatem. **E**t cum hoc pronunciant: pauperes ab eis passi repulsi. ad ipsam confugiunt et sanantur. **N**umquid non uides quā celerē sanitatem consequatur febricitantes. ieiuniū triū sabbatorū usq̄ post solis occasum ip̄i uouentes. **N**o. **U**ideo et ammiror. **N**o **C**onsidera yconam eius in sardanay: que in carnem uersa oleū sine cessatione stillat. **H**uius rei testes innumerabiles sunt: qui in eodem loco in instanti uenientes. oleū quod in oculis ip̄orū de eadem sacra ymagine receptum est: tam nobis quā ceteris religiosis distribuerūt. **I**n quibusdam uero ampullis te teste idem oleū incipit incarnari. **Q**uia uirtus nōis marie demones fuget: presto sunt exempla. **d**e cōuerso qui per aue maria ab infestacōe dyaboli libe

Retulit michi **ratus est. xxv.**
 walterus de birbet monachus
 de hēnemrode dyabolū quidam con-
 uerso ordinis nri ita fuisse infectū.
 ut non per signacionē. non per ali-
 quā oracionem ab illo posset libe-
 rari. Visibiliter illi apparens; mul-
 tis modis eum terruit. Quasi
 est ei a quodam uero religioso; ut
 angelicam salutacionē contra oc-
 currentem proferret. Quod cum
 fecisset. malignus sp̄s quasi turbine
 impulsus clamauit. Dyabolus de-
 tes eius excutiat: qui te hoc docuit.
Sicq; liberatus est ab eo. de inclusa
que eodē bñficio illusiones dyaboli
inclusa q̄dam euasit. Capl. xxvi.
 sicut michi retulit subprior noster
 qui illam nouit: diu a demone sub
 specie angeli illudebatur. Non ei da-
 ta fuerat discretio spirituum. Dyabo-
 lus sepius falsa quadā circumfusis
 claritate illi apparuit: et feminā sim-
 plicem familiaris alloquens. Die
 quadam in huiusmodi uerba pro-
 rupit. Nunc uenit remunerare te. Re-
 quisita eodem tempore a cōfessore
 suo quomō haberet. cum ei respon-
 deret optime: sacerdos sicut uir pru-
 dens fiduciam responsionis eius cō-
 siderans. causam inquisiuit. Cui cū
 confiteretur q̄ ab angelo dñi crebri-
 us uisitaretur: sciens ille docente a-
 postolo angelicam tenebrarū se trās-
 figurare in angelū lucis. respondit.
 Quando angelus de uero uisitabit te:
 dices. Rogo dñe mi. ut diuinā meā
 scām mariā michi ostendas. Quod
 si fecerit uisa ea genua flectes. & dices.

Aue maria gracia plena dñs tecum
 et cetera. Et si tūc subsisterit: fictio nō
 est. Sim autem: scias tibi a dyabolo
 illudi. Que cū fecisset sicut fuerat
 edocta: ait dyabolus. Vt quid deside-
 ras uidere illam? Bene tibi sufficere
 debet presenciam meam. Illa foriter in-
 stante; opere dyabolico uirgo nunc
 pulchritudinis se oculis eius obteat.
 Qua uisa mox ad pedes eius inclusa
 se prouoluit: et contra fantasiam
 angelicam salutacionē proferēdo.
 in turbine illud resoluuit. Quam
 tamen inimicus euanesceus tūc
 terruit: ut amens frā. uir post annū
 dimidiū mulcorū precib; adiuta
 sensum reciperet. Vides nūc quāti-
 sit ponderis nomē uirginis marie.
Nou. Bene uideo: et non sine am-
 iracione tam ex p̄nti qm̄ ex p̄dictis
 exemplis uirtutē eius considero.
Mo. Inuocacio nois marie nō solū
 corruptores mentium id est demones.
 sed et corruptores corporū scilicet
 malos et libidinosos hoīes eneruat.
de matrona que per Aue maria
ab oppressione adulterij liberata
Matrona quedā est. Capl. xxvii.
 cuiusdam honesti militis
 uxor: instinctu dyaboli milite aliu
 admisit. Que post tempus aliqd
 inspiratione diuina ducta penitē-
 tia de crimine doluit: et adultero
 procius contradixit. Ille uero ma-
 riti eius absentiam obseruans. domū
 illius intrauit: et cum solam repe-
 risset uerbis solitis ad crimen soli-
 tū inuitauit. Quod cum illa ren-
 mueret: vi remitentem opprimere

missus est. Et cum uideret se illi non posse resistere, utpote femina debilis ac delicata fortissimo militi: ad totius castitatis patronam confugit dicens, Rogo te domina sancta maria, pro illud sancti aue maria: quatenus in hac hora liberares me. Ad quod uerbum uirtus omnis in milite defecit et emarcuit: et femina se ab eius amplexibus exciciens, incorrupta euasit. Postea requisita a milite de causa utrum sibi subtractarum: respondit illi, Non mea uirtute sed gloriosi nominis domine nostre sancte marie hoc actum est. Quod cum audisset ille territus est: nec amplius adulterij uerbum ad illam facere presumpsit. **Mo.** Benedictum sit nomen marie. **Mo.** Quia uincula soluantur eius uirtute: etiam per exemplum tibi ostendam. **De quodam milite cui uincula proculque uirtute marie eodem sunt dirupta. xxviii.**

Et tempore quo dominus engelbertus archiepiscopus coloniensis edificauit castrum in furstberghe, contra nobilem uirum gerhardum de brubach: iuuenis quidam miles de eius exercitu theodericus nomine facere uolens sibi nomen, ante idem castrum captus est. Qui ibidem in carceratus: cum pecuniam pro sua solutione dare spondisset, extractus de carcere positus est in domo superiori. Cui addita sunt uincula, et serui ad custodiam deputati. Habebat enim circa pedes annulos ferreos, et circa brachium eiusdem generis manica: que annexa carchena parieti caute satis erat infixa. Nocte quadam cum esset dormiens

inter sex satellites tam se quam reliquos captiuos custodientes, et dominam nostram sanctam mariam, nec non et alios sanctos solito timore castiter: obdormiuit. Et ecce in sompnis uidit se tractatum in monasterium nostrum. De quo cum uellet egredi, sedens in equo more femineo necessitate uinculorum: dixerunt ei duo ex monachis nostris manegoldus scilicet et henricus, cognati eius secundum carnem. Nolite egredi sed reuertimini: quia sancta maria de heisterbach libera bit uos. Hoc etiam nomine uocatur dominus noster. Ad quod uerbum ille euigilans gauisus est. Et de uisione cogitans utrumnam uera esset an fantasma stans uolens: mox ut digitos admouit pedem unum sine difficultate extraxit. Simili facilitate manum a carchena liberauit. Sepius ista tempta uerat: sed non profecerat. Quibus ex motu uinculorum unus seruorum euigilasset: territus miles arcum reponere uoluit nec potuit. Tunc primum intelligens tale miraculum dei genitricis marie meritis circa se gestum: seruo rursus obdormiente leuiter surrexit: et uincula adhuc seruans in uno pede, per linteam per fenestram se dimisit, et fugit. Quod dum seruus comperisset, clamore fugam eius prodidit: sed manus humana capere non potuit, quem uirtus diuina procecit. Multi enim tubis et canibus insecuti sunt: et cum sepius in proximis frutectis latitaret: inuenire eum non potuerunt. Qui ad nos ueniens

eosdem circulos pro gratiarū acce
 super altare b^{te} marie uirginis
 obtulit: et qualiter eius meritis
 liberatus sit nobis per ordinem
 recitauit. Acta sunt hec Anno grē
 millesimo ducentesimo decimo nono
No. Quia eosdem circulos uidi: a
 plus eidem credam miraculo. **mo.**
 De hoc etiam q^d timores pellat no
 men marie: rem quam muper au
 diui tibi referam. **de sacerdote de**
uolche cui s^{ca} maria apparens rōres
apouche cōstruorū tēpauit. xxx.
 Nulla dyocesis reuerentis sacerdos
 quidam perrodian regit: uir scdm
 possibilitatem suam multe hospi
 talitatis atq; laudande castitatis.
 Adhuc enī corpore uirgo est. Die
 quadam quedam ex conuersis no
 stris hospitio recipiens: ait ad illū
 Ordinem ur̄m plurimū diligo: q̄a
 multū boni michi contigit p̄ eum.
 Antiphonā illam gloriosam scilicet
 Salue regina misericordie. ab
 illo habeo: et quid michi propter
 illam contigerit ad edificacionē
 uobis enarrabo. Ad omnes horas
 meas illam dicere consueui. Cū
 die quadam campū breuē transi
 rem quadam uisitare inclusam.
 iuxta ecclesiam solitariā habitātē:
 orta sunt tonitrua tam ualida.
 ictus ictu succedens. iuresambu
 landi michi adimerent. Veniens
 tandem cū multo labore simul ac
 timore ad ecclesiam ip̄am intraui.
 et coram altari me prosternens.
 pro ip̄a tempestate dñam nr̄am
 sc̄am mariam interpellauit. Et

ecce matrona uirginei uultus.
 magniq; decoris de altari ad me
 ueniens: cum admirarer que nā
 esset. illa prior me alloquitur est di
 cens. Quia antiphonā. Salue regi
 na misericordie. libenter ac frequē
 ter decantas: nūquā tonitrua neq;
 fulmina quorū timore sepius af
 fligeris. te ledent. Sic q; ad altare
 rediens: in oculis meis disparuit.
 Et statim intellexi: quia ip̄a esset
 clemens illa pia ac dulcis maria.
 Ab illa enī hora usq; hodie a timore
 predicto quo nimis afficiebar:
 meritis beate marie uirginis sum
 liberatus. **Nov.** Quantū ex hac
 uisione colligo: uidetur q^d in sequē
 tibus cantilenis et ymnis alijs q; ca
 tibus in honore eius dictatis. plu
 rimū delectetur. **Mon.** Hoc certū
 est: si tamen humiliter et deuote
 in eis laudetur. **De b^{ta} elizabeth de**
scouaia q̄ ad illū uersū Audi nos.
uidit sc̄am mariā pro cōuentu ora
tempe quodā re. Caplin xxx.
 Sc̄at ex relatione didici religi
 osorum. cum conuētus sanctimo
 malū in scouaia. sequētiā. Ave
lectissima cum gratiarum actione ad imaginem sacram cucurrit: et puerum suum eius restituens ait. **Q**uia restitisti michi filiam meam: et tibi restituo filium tuum. **H**ec michi relata sunt a sepedito herniano abbate loci sancte marie: qui puellam uidit, et a matris ore que dicta sunt audiuit. **C**um adhuc prior esset in hernimende, et firmum haberet propositum resignare prioratus officium: predicta matrona ab abbate eius eustachio quem hospicio receperat, ut sibi eum transmitteret petiuit, et obtinuit. **Q**uem ante imaginem deigenitricis marie duicens: ne officium suum resignaret ammonuit. **D**ominique non placet: si resignaueris. **C**ui cum ille diceret, unde hoc nostis: respondit illa. **N**emo michi hoc reuelauit nisi dn̄a ista: digito imaginem ostendens. **M**ulta siquidem eidem deuote femine per sacram illam imaginem reuelantur: plurima per illam beneficia consequuntur. **N**o scilicet hactenus tantas esse consolaciones in imaginibus sancti. **M**o adulas sancte in suis et per suas imagines uirtutes operantur: maxime in illis locis ubi uenerunt. **N**umquid non recordaris uicinis apostate iuxta floressiam, qui per imaginem beate uirginis marie consecutus est indulgentiam: similiter et sanomalis que ab eius imagine alapa suscepta periculosam euasit temptationem? **N**ouit. **V**triusque bene memini, primum uidelicet miraculi in distinctione

scdā. caplō duodecimo. et secūndi in
 distinctione p̄nti. caplō tricesimo ter-
 tio: et stupor inuadit me. cū i lignis
 audito uocem ad loquēdū: manus
 ad feriendū: corporis incuruacōem.
 erectionem sessionē: et reliquos mo-
 tus uitaes. **M**agis hec amiror qm̄
 loquelam asine contra balāā. Illa
 enī animā habebat motabilem: i
 lignis. lapidibus. siue metallis. nul-
 lus spiritus est. **N**o Diuinus au-
 tem sp̄s in omni creatura est p̄ essen-
 tiam et per potentiam: cui nichil
 impossibile est. nichil miraculosū.
 qui ad honorem sc̄orū suorū hec et
 huiusmodi similia cotidie opat̄.
**De imagine uero b̄e uirginis ma-
 rie referant tibi quādam uisionē
 mirificam: que ante hoc triennū
 facta est. De ymagine sancte ma-
 rie in yesse. Caplm. xlvj.**

In itinere frisie iuxta ciuitatem
 grunigen. cenobiū quoddam sc̄i
 montalū ordinis it̄i de nouo con-
 structū est: uocabulo yesse. Que die
 curus sum a priore loci eiusdem au-
 diui: et circa idem tempus imagi-
 nem ip̄am uidi. et missam coram
 illa celebrant. Est enī opere anglico
 decenter exsculpta: effigiem represe-
 tans b̄e uirginis marie filiū in gre-
 mio tenentis. Die quadam cū custo-
 candelam que ante illam ardebat
 dicta missa extingisset. et duo car-
 pentarij oratorū propter opus su-
 um intrantes illam reaccensam
 reperissent: dixerūt priori. **D**ne.
 nisi moneatis custodem. ut cauta
 sic circa extinctionē huius candele:

oratorū perdetis. Omnia enī lignea
 sunt: altare uidelicet candelabrū et
 parietes. Vocata est illa et culpata:
 negauit et extinxit. Carpentarij
 demum ingressi. cū predictam cādelā
 rursum ardere cernerent: et mori
 priori prodidissent: iratus diuē sa-
 tis inuectus est illam. Qui certus
 effectus ex uerbis eius de extinctōe.
 iussit ne deinceps extingueret illā:
 scire uolens quid hoc portenderet.
Tota illa die et sequenti nocte corā
 imagine predicta ardebat candela:
 et in mane iuxta ad longitudinem
 dimidij articuli manus fuerat cū
 sumpta. **I**n festiuitate b̄i andree
 apli. cū unus ex prefatis carpenta-
 riy uir simplex ac deuotus. modo
 in eodem cenobio conuersus ad mis-
 sas staret. et sacerdos euuāgelium
 inciperet. imago saluatoris ip̄o
 nitente de sinu matris in quo se-
 debat se erigens coronā de capite ci-
 tulit: eamq; suo capiti imponēs.
Dicto uero euuāgelio cū uentum
 fuisset ad illum locū symboli. et
 homo factus est: coronā materno
 capiti restituit et resedit. **H**ec cū
 simplex ille homo uidisset. et de
 nouitate uisionis expanisset: ait
 intra se. **M**elius est ut taceas: si di-
 cris non credetur tibi. Cumq; i festo
 sancti nicolai eandem uisionem
 eodem modo quo prius uidisset:
 diuinā timens offensam scire me
 si taceret: priori per ordinem uisa
 recitauit. **E**t quia locū repositiōis
 corone expruere non poterat ut
 pote laicus: interrogatus de hoc

respondit. Quando nominata fu-
it maria. **M**ox priori occurrit, q̄ in
festo confessorum ecclesia credo in
unū deū, dicere non consueuerit.
Vocansq̄ sociū suū ait. **D**ixistis
uos missam in conuentu in die
sancti nicolai: ip̄e tūc domi non
fuerat. Respondente illo etiam:
subiūxit. **D**ixistis credo in unū de-
um: **D**ixi inquit. **E**t prior. Non
recte fecistis: non enī apostolus fu-
it. **A**d quod uerbū ille respondit.
Certe ego sc̄m nicolaiū equalem ha-
beo multis apostolis. **S**icq̄ prior
de uisione certificatus est. **N**ouia
Mysteriū uisionis huius uolūe uel-
lem et unūcūq̄ desidero. **M**o **D**iade-
ma regnū uidetur hoc loco signare
carnem uirginis gloriosam: quā
de semine traxit regio. **C**p̄e uero co-
ronam maternā capiti proprio i-
posuit: cum per sacramentū incar-
nationis carnem de uirgine sum-
ptam sine diuinitati uniuert. **V**nde
ad considerationē tanti mysterii sp̄s
sc̄s nos inuitans: dicit in canticis
canticorū. **E**gredimini filie syon et
uidete regem salomonem in diade-
mate. hoc est in carne humana. q̄
coronauit eum mater sua uirgo ma-
ria. in die desponsationis eius: q̄n
angelo annūciante in eius utero cele-
stes celebrare sunt nuptie. inter na-
turam diuinā et humanā. **P**er hoc
autem q̄ ad illa uerba. et homo factus
est. coronā materno capiti reposuit:
dicere uidebatur. **M**ater sicut ego p̄
te particeps factus sum humane
substantie: sic tu p̄ me particeps

facta es nature diuine. **X**p̄i enī qui
deus est et homo. corpus sumus et
membra. **H**ec de perfectiorū consola-
tione dicta sunt p̄ sacram eius ima-
ginem. **A**udi nūc aliud genus con-
solacionis de hoc q̄ in exordio huius
distinctionis dictum est apud ip̄am
esse electuaria confortatiua. **D**e mo-
nacho medico cui s̄ maria in choro elec-
tuariū suū p̄mo negauit et postea do-

Fuit in ordine n̄ro nauit. **clvii.**
Quidam phisicus. magis ha-
bitu q̄m actu monachus. occasiōe
medicīne per prouincias discurrens:
et uix unquā nisi in precipuis festi-
uitatibus ad monasteriū reuertēs.
In quadam sc̄e dei genitricis ma-
rie sollempnitate. cum nocte sta-
ret cum alijs ad psallendū: ipsa
beatissima uirgo maria multa
claritate circumfusa chorūm ip̄o
uidente intrauit: psallentes circu-
iuit: et de p̄uide quam in manu
portabat electuariū per coclear
hauriens. singulis in os mittebat.
Ad ip̄am uero ueniens. cū p̄transiret
et diceret. tu de meo electuario nō
indiges quia medicus es. et pluri-
mas consolaciones tibi impedis.
Ille tristis transeūtem oculis seque-
batur: culpam recognoscens. **A**d
illo enī tempore non nisi per obediē-
tiam coactus de monasterio egredi
consensit: omnes corporales conso-
laciones sibi temperauit. **I**n pr-
ima sua sollempnitate d̄na n̄ra
sancta maria predicto modo suos
famulos uisitans: postq̄m ad me-
dicum uenit gradum firm. et ait.

Septima distinctio

Quia te emendasti tuis medicame-
tis mea preferens: ecce de meo electu-
ario sicut ceteris tibi impior. De
quo ut gustauit. mox tantū dulce-
dinis ac deuotionis concepit: ut dem-
ceps stabilis in congregatione ma-
neret. et omnia carnis comoda tanquam
stercora reputaret. Electuariū istud
gratia deuotionis intelligitur: cuius
uirtute psallentes confortantur. cuius
dulcedine labor uigiliarū uerti-
tur in delicias. Huius species aro-
matice sunt memoria cōpunctiua
dñice conceptionis. natiuitatis. et
reliquorū sacramentorū xp̄i: que
omnia melliflua spe future retribu-
tionis condiuntur: et meritis bñe
uirginis marie psallentibus infu-
duntur. **No.** Placet quod dicitis.
Mo. Et apud bñam dei genitricem
mariam unguenta sūt sanatiua:
testatur sponsus in canticis dicens.
Meliora sunt ubera tua uino: odor
unguentorū tuorū super omnia aroma-
ta. Et in alio loco in persona illius.
Sicut cinamomū et balsamū aro-
matizans odorem dedit: et cetera.
Quante uirtutis et gracie eadem
sunt ungueta: sequens declarabit
exemplum. **De sanctimoniali cuius tibiā
lesam sancta maria in uisione p̄uē
contigit ut ex sanauit. xviii.**
Quante annos paucos i quodā
centobio sanctimonialiū ordinis
n̄ri satis michi noto: res ualde
delectabilis. Est ibi quedam soror. et
ip̄a michi nota: uite probabilis in-
tunq; feruens in obsequio bñe uir-
ginis marie. Hec cū in genuflectōe

minimo impellente seruire. tempe
quodam genu uel tibiā uulne-
rasset: atq; meridie in infirmitorio
dormiret: uisa est ei in sompnis as-
tare bñā uirgo maria. p̄ridem un-
guenti portans in manu sua. In-
missis q; digitis: de eodem unguēto
peruenit uulneratam tibiā uir-
ginis. Statim tanta fragrantia
affuit. ut sorores in proemio dormi-
entes odore illius excitare sūgerēt:
et ad lectum eius uenientes. eo q̄ ma-
ior ibi sentiretur uirtus odoris dor-
mientem excitarent. Cui cū signa-
sent quis uel unde esset odor tantus.
illa cause non ignara. immo per
eandem signa iam de ueritate uisionis
certior effecta. nichil illis dicere uo-
luit uel signare: tantum inueniens
ut rē dormiret. Que cū rursū
obdormiuisset: iterū affuit ma-
ter dñi secum illam per uisionem
ducens in pomeriū. Cui manū sub-
mento ponens dixit. **Modo diuinite
te super genua tua. Quod cum fe-
cisset: dñā n̄ra scā maria subiuit.
De cetero sic modeste et disciplinate
debes petere ueniam: instruens illā.
Et adiecit. Singulis diebus sequē-
tiam. Aue dei genitricis. michi ad ho-
nozem dicere debes. et ad singulos
uersus ueniam petere. Multū enī
in ea delector. Sanctimonialis uero cui
gilans. ut experiretur si esset aliq̄s
in uisione effectus. tibiā conspexit:
quam non sine multa amiratione
sanatam inuenit. **Novi** Quantū
ex hac uisione conicio. minus pla-
cet bñe uirgini marie in orationib;**

feruor indiscretus: et in gemiflectioni
bus motus indisciplinatus. **No.**

Non contradico. **U**t enim de persona
b̄e dei genitricis marie taceam: no
men eius non tam sententis quā
uuis exemplis dulce super mel of
tendam. **de incluso qui per aue ma
ria mixam sensit dulcedinē. clix.**

Turta ecclesiam sc̄i seuerini in coloni
a inclusus quidam habitat marci
lus nomine: in tuscia ad sanctū
sebastianū quōq̄ ep̄c. et tempe sc̄i
matis quod fuit inter alexandriū
et paschalem. ab alexandro depo
situs. **H**unc cum matrone ciuita
tis frequentarent. et una ei cōfessa
fisset. q̄ dñe nr̄e sc̄e marie dicere
non posset sine quadam mira dul
cedinē: de causa tante gracie req̄
sita respondit. **S**ingulis diebus i
honore eius quinquaginta aue
maria cū totidem uenis dicere cō
sueit: per que tantam dulcedinē
meruit. ut omnis salua oris mei
orationis tempe in mel uideatur
conuersa. **Q**uod cum audisset iā
dictus inclusus: exemplo deuote
femine uir per sex ebdomadas
angelicam salutationē prefato
modo et numero compleuerat: et
ecce tantam dulcedinem sentire
cepit. in illius dulcissime saluta
tionis prolacione. in ore et in gur
ture: ut mellis dulcedinē longe tū
scenderet ip̄a dulcedo. **E**andem dul
cedinem meruit quidam de ordie
nr̄o monachus: exemplo illius pro
uocatus. **H**ec michi relata sunt
ab eodem incluso. **E**cce his tribus

exemplis satis ostensum est. nomē
eius esse sup̄ mel dulce: et q̄ hereditas
eius sit sup̄ mel et fauū. **No.** **U**t
quid appositū est hereditas eius sup̄
mel et fauū. **No.** **R**eperitio confir
matio est: quod hereditamus hoc
frequentamus. **I**n fauo cera est et
mel. **C**era quia tenax est pertinet
ad memoriam: mel exprimit dulce
dinē. **N**on nisi per iugem memoriā
nominis genitricis dei marie pre
missa dulcedo poterit adipisci. **C**e
ra enī illuminat: mel abat et ine
briat. **N**omen marie in cōposicione
odoris fām: opus pigmentarij. **I**n
omni ore quasi mel indulcabitur:
et quasi musica in conuiuio uini.
Utrumq̄ enī illuminacionē sali
cet et refectionē. sc̄a huius nominis
inuocacio operatur: sicut in sup̄
dictis ostensum est exemplis. **No.**
Et quo tanta bona per nomen sc̄e
uirginis marie conferuntur p̄ccatoribz
et iustis: de cetero memorie mee te
nacijs inhereret. **No.** **H**oc si fe
ceris in fine tuo consolacionem ex
perieris. **Q**uero morientibus as
sistat eisq̄ suam mellifluam pre
senciam ostendat: presto sunt
exempla. **de monacho quem sc̄a m.
deosculabatur ante mortem. l.**

In domo quadam hispanie ordis
nr̄i quod p̄nterane uocatur. duo
adolescentes sunt conuersi: et tam
laudabiliter in ea conuersati. ut
uita illorum alijs esset in exem
plum. **E**t quibus unus in obse
quio b̄e uirginis marie ita fer
uens extitit ac deuotus: ita ut in

horis eius decantandis morosus et
 intentus. ut non solum in singulis
 uersibus sed etiam in singulis uerbis
 memoriā ipsius haberet: sicq; horā
 hore cū maximis laboribus pene cō
 tinuaret. Qui cum annos decem et
 septem fecisset in ordine. grauiiter in
 firmatus est: et ministravit ei soci
 us suus ex licentia prioris. Scens eū
 in rē scā et in seruiō dei genitricis
 marie deuotissimū: ut aliquid sibi
 diceret ad edificatiōē intuitu mu
 tue caritatis flagitauit. Cui cū ille
 nichil negare posset nec uellet: res
 pondit. *Hec dñā nra uisitauit me:*
et quia die septima ad dñm suū
migraturus. prederit. Et adiecit.
Quia pte cunctis mortalibus nichil
intencius seruiisti: et ego tibi faciā
quod nondū alicui feci. Collumq;
meū brachys suis stringens: dedit
*michi osculū. **Ro.** Hic legentibz*
ocurrere potest scrupulus. quia superius
dictum est. capitulo tricesimo scdo. q̄
*militi temptato osculū dederit. **Mo.***
Visio ista illam tempore precessit.
 Cum autem agonizaret die et ho
 ra predicta uir beatus. prior dormi
 ens. cellam in qua iacebat turbam
 candidatorū intrare uidit: qui se
 propter animā illius deducendam
 aduenisse dicebant. Statimq; ad p
 cussionem tabule exortatus. surrex
 it et accurrit: et quia celestis esset
 exercitus a quibus deuotus genitri
 cis dei marie famulus foret deducē
 dus minime dubitauit. *Hec dñs*
 abbas asteruensis treueri positus
 multis recitauit. dicens ueraciter i

domo in qua prius abbas fuerat
 gestum. *De hermano conuerso pro q̄*
fatigato scā maria horā decantauit et
*in hēmenrode sine predicto. **li.***
 conuersus quidam fuit hermanus
 nomine: uenozali aratro cuiusdā
 grangie deputatus. Erat eū sine
 rissime uite. et multas a dño con
 solaciones secretē percipiebat: ex
 quibus per pauce ad nrām puenit
 rūt noticiam. Is in officio suo habe
 bat inter alios boues iuueniū fero
 cem ac superbium: quem ad opus
 ure aut nullatenus sine magno
 labore adducebat. Hunc ergo cum
 uite quadam iugo uellet colligare
 et modis omnibz recalcitrantem ne
 quiret compescere: cōmotus animo
 in siluam diuertit: et fustem ad
 rebellem taurū ferendū iniecit.
 Cui minaciter cum uecte uenienti.
 nescio quo spiritu ductus taurus
 occurrit: pedibusq; eius prostra
 tus. licet non uerbis gestu tamen
 humiliati corporis uenam flagi
 tauit. Quo uiso uir dei placatus:
 ait. *Misericordiā queris. in sediam*
tibi non denegabo. Surge et caue.
ne me de cetero inquietes. Ab illa au
tem die taurus idem omniē deposuit
feritatem: adeo ut in gracia mā sue
itudinis nullo coniugalū suorum
*inueniretur inferior. **I**dem fra*
 ter alio tempore cū diuinis labori
 bus fatigatus post completorium
 paulaturus. in suo se stratu collocat
 set: subito recordatus est q̄ ipsa die
 unam horam quam decantare sole
 bat in honore bte marie uirginis.

pro instantia occupationis distulerat: et dilatam obliuione intercedente neglexerat. **E**xit ergo de stratu suo: ut quod neglexerat uel tunc suppleret. Sed eius miserata labores dñi mundi repente astitit ei. Imperans ut quiesceret: et ip̄a pro eo horam neglectā supplere deberet. **Q**uando autē dñs deus iustam laboribus eius remunerationē reddere decreuit. inmisit ei infirmitatē corporis: sed animi gaudiū et consolationē spiritus nō subtraxit. **I**gitur cum per aliquot dies egrotasset: uenit abbas giselbertus tam eum quā ceteros infirmos uisitare. **C**ui cum diceret. nō erubescis frater hermannē. q̄ frater godofridus erit prior tuus in regno celorum? demonstrato quodam conuerso ibidem infirmo. qui trienniu uix in ordine perfecterat: respondit. **N**on dñe. sed quidquid homi ei deus face uoluerit: bene cupio ei. **D**ixit ei abbas. **O** tu semper rides. **F**acies enī ei? naturaliter quasi ad ridendū disposita erat. **H**abe licentiam eundi ad chorū: et ad opus tuū. **R**espondit. **E**go ibo quo deus uoluerit. **E**t quo inquit ibis? **R**espondit. **A**d regnū celorum. **Q**uando ergo morieris? **A**r ille. **P**ost biduū. **N**am et tertia die post hanc. incipiente missa hic ero: et incipiente euuangelio hic adhuc ero: sed anteqm̄ finiatur in regno celorum ero. **E**t uidetur michi hoc trienniu prolixius esse et amplius me grauari: quā totum tempus uite mee quod feci super terram. **V**nde inquit ista nosti? **R**espondit ille. **B**ea

uirgo maria dñi nra hic fuit: et consolata est me. **S**ed et ego raptus sum in celum: ubi etiam uidere merui beatitudinē quam deo largiēte habiturus sum. **A** illo ergo die frequentissime eum abbas uisitauit. **I**am aduenerat dies tertia: et instante hora missę. accessit ad eum felix memorie frater theodericus de cellario minister eius: et dixit. **F**rater hermannē. potero ne ego ire ad missā? **E**rat enī dies quadragesime. **Q**ui ait. **N**on. **S**inite alios ire: uos autē manete meū. et preparate aquā calidā unde lauari debeam. **E**t post paululū. **S**eruite mattam: et aduocate duos fratres qui uos adiuuent. tempus est migrandi. **P**ulsata igitur tabula circa principiu euuangelij conuētus occurrit. et ip̄e abbas inter primos: sic q̄ sc̄a illa anima sicut predecebat ante finē euuangelij soluta est. **N**on **N**on intro si iustus desiderauerit mortē: quem auctrix uite consolata est ante mortem. **N**on **N**on solum presentia eius infirmis dat fiduciam moriendi: sed etiam morientibus risum exultat. qui signū est leticie. **de pauone conuerso qui sc̄am marię**
Qonuersus uidit i hie suo. **I**n. **Q**uidam adolescens etate. friso natione. in lucka cuius supra meminim grauer infirmabatur. **D**eductus ad extrema: in ip̄a agonia sicut michi retulit monachus qui uidit et presens fuit. ridere cepit. **C**ui cum diceret unus ex circumstantibus. **p**aue. hoc ei nomen erat. **an**

modo rides: respondit. Cur non ride-
am? Ecce dñā nrā sancta maria p̄-
sens est: et iam animā meam susci-
piet. Videtur in isto uersiculus poe-
te impletus: incipe parue puer.
risu cognoscere matrem. Puer e-
rat uirtute idem conuersus. quia
simpler et purus: paruus. quia
humilis et mansuetus. Haur du-
biū quā vr̄a uirgo maria mater
nos exhibuerit gestus: quia nō
risum sed timorem uultus exci-
tat seuerus. **De sanctimoniali cui
morienti apparuit. Iiii.**

Simile contigit colonie in ecclā
sancti maurici. Cum quedā
sanctimonialis bone uite in extre-
mis ibidem laboraret. et sorores
morientem circumstarent: illa se-
renata facie subridendo cunctis au-
dientibus in hec uerba prorupit.
Bene ueniat dulcissima dñā mea:
bene ueniat. Sicq; repressis labijs
expirauit. Multum eū illam di-
ligebar: unde et in hora illa terri-
bili dilectam uidere meruit. uisā
salutare. atq; per eam et cum ea
celestem thalamū intrare. Spero
q; demones qui etiam iuris sc̄ssis
in exitu nuntius sunt ipozum. in p̄-
sencia tante maiestatis subsistere
non possunt. Hoc tibi ostendere
uolo per exemplum. **De monacho
cui in ex̄mis subueit cū a dēdibus**

Circa **terretur. Iiii.**
hoc triēniū monachus qui-
dam wernerus nomine in eber-
bacho defunctus est: etate quidem
adolescens et imberbis: sed mente

canus. Hic cum ante horam exitus
sui. sicut ab eius abbate didici. demo-
nes circa se uideret: illoū importu-
nitate ualde turbatus clamare cepit.
Sctā maria libera me ab illis uilissi-
mis: crebrius hoc repetens. Audie-
tes huiusmodi clamorem. hī qui
circa eum erant satis mirabatur:
scientes eum esse taciturnū: et uix
ad interrogata respondere. Post-
modum respirans et inclinans.
ait. Bene ueniat carissima dñā
mea: bene ueniat. Morq; manū
contra demones leuans. et eis insul-
tans subiūxit. Modo iacete uos du-
modo iacete uos ibi. Sicq; post mo-
dicū placido uultu expirauit: an-
gelis gaudiū faciens in celo: sed nō
modicū dolorem fratribus in mo-
nasterio. fuerat eū adolescens bo-
nus et disciplinatus: in ego corpe
et mente. Nec dubitandum est qm̄
in aduentu regine celi. omnis illa
turba spirituum malignorum spul-
sa sit et delecta: sicut in ortu solis
nebula dispergitur matutina. **No.**
Si dñā nrā clementissima maria
in morte peccatoris sicut supradictū
est caplo nono sola sua misericordia
demonū cachinnos compescit: nō
miror si in obitu huius iusti terro-
res illoū nidebitos repressit. **No.**
Bene sentis. Dignū erat ut mater
tocus castitatis etiam ante mortē
in suo famulo tam iocunda uisitā-
tione remuneraret uirtutē inegi-
nitatis. Nec hoc miror de perfecto
monacho: cum ob eandem uirtutē
nouerim suam presentiam cuidam

seculari clerico morienti dei genitricem exhibuisse. **De canonico coloniense cui in fine se ostendit. Iu.**

Quidam canonicus maioris ecclesie in colonia cum in extremis ageret. beatam mariam presentem uidit et agnouit. Quam uisionem cum circumstantibus recitasset. alapam sensibilem inuisibiliter recepit. **Mo.** Que fuit ibi culpa. **Mo.** Puto quia inanis gloria: que mor per eandem alapam est sanata. **Vo.** cabatur enim albertus. et licet corpe fuerit castus. satis tamen existit secularis et delicatus: atq; in uestibus curiosus. **Ne** autem causari possis quum uersis d^{na} tantum claustralibus uirginibus uel contuentibus decedentibus suam presentiam inuisibiliter impendat. eosq; ad uitam eternam perducat: per sonam laicam et uxoratam tibi proponam. **De symone cruce signato quem morientem consolata est. Ivi.**

Quis quidam de tulpeto uir honestus conononime in hac extrema expedite signatus: cum alijs peregrinis ad mare usq; puenit. Sibi grauiter infirmatus: cum moriturus esset. cepit mirabiliter iocundari. Requiritibus socijs de causa leticie: respondit. **Quare non gaudeam?** **Ecce** domina u^{ra} sancta maria hic preses est: et hec michi dicit. **Cum.** quia reliquisti uxorem. filios. et omnia tua propter honorem filij mei. periculis te exponens: ego bene et plene tibi restituiam. **Qui** statim exclamauit. **En** uideo celum apertum.

et in eo sedem michi preparatam: ad quam celerius sum ascensurus. **Mor**q; sacro oleo postulans se iungi et uiatico dⁿⁱ corporis nutiri. hominem peregre deposuit: et sicut uerus peregrinus in celesti patria laboris sui premiū suscepit. **Non** **Non** miror: si homo iste iustus uel potius per crucis signationem iustificatus tam mirifica uidit. et promeruit: sed si nosti dic unde mirer. **Mo** **Duo** tibi dicam exempla diuine pietatis eiusq; genitricis marie: que te non solum in ammiracione immo etiam in stuporem merito conuertant. **De milite decollato qui per eam euasit gehemta. Ivi.**

Miles quidam nobilis. sed criminosus. tempe quodam ab inimicis suis captus est. Et quia mortales ceant inter eos inimicie: uisum est eis expedire ut in instanti moreretur. Cernens uir nobilis sibi mortem imminere. et nullum adesse remedium uite: suppliciter uoce dixit ad illos. **Rogo** uos intuitu dei ut ad iudicium mortem meam differre dignemini: quatenus alicui sacerdoti peccata mea possim confiteri. **Responde** runt illi. **Non** esset nobis hec dilatio tuta. **Contingere** posset. ut cognati et amici tui uenientes eriperent te de manibus nostris: et esset error uouissimus peior priore. **Cui** cum precepissent ut se prosterneret ad decollandum: dixit hoc uerbum. **Deus** tu scis uoluntatem meam. **Et** subiit.

Septima distinctio

Animam meam commendam uirginis
filio. Sicque decollatus est. Erat tunc
temporis obsessus quidam iuuenis.
Cui cum dicerent quidam audita mor-
te tanti tyranni: modo magnam ha-
betis gaudium propter animam mili-
tis illius facinorosi: lugubri uoce
respondit. Nequaquam: unum enim uer-
bum moriens protulit, propter quod
saluatus est. Haurit dubium quum ope-
bre marie uirginis, cuius filio ani-
ma occidendus commisit, penne gehē-
ne sic subtractus: et cum latrone
confitente paradisi gaudium addic-
tis. Aliud tibi referam unde amplius
narrabis, quod michi quidam abbas
ordinis nostri retulit: circa hoc quin-
quaginta annis illud contigisse. **De**
latrone quem decollatum sepeliri fecit

Anciana **in ecclesia.** **lviii.**
civitate tridentina, sicut michi retu-
lit quidam abbas latro nomina-
tus uersabatur: a quo multi dep-
dabantur: et qui se defendere uo-
luerunt nec potuerunt, occideban-
tur. Hic cum die quadam mona-
chum quendam ordinis nostri obuium
haberet, sperans quod pecuniam porta-
ret: ait, Nisi uoluntarie sequaris
me: occidam te. Quem cum mona-
chus sequeretur, et quereret in uia
quis esset, uel quid operis haberet:
respondit ille, Ego sum latro ille
famulus: nomen suum exprimens.
Cui cum monachus diceret, iam inci-
pitis canescere: et non timetis aetate
uestre? Respondit ille, Non plus
quam petrus. Et tacuit monachus.
Veniens in speluncam illius: aut

intra se. Si posses hominem hunc
conuertere: magnam deo prestares
obsequium. Dixitque ad latronem,
Si licet michi aliquid uos interro-
gare? Respondente illo, licet: mo-
nachus subiicit, Qualis existit
uita uestra a principio? Respon-
dit ille, **Pessima.** Quando puer-
eram cum omnibus meis coetane-
is contendebam: factus adolescens
fueris operam dedi, deinde iuueni
proficiens latronum exercitum, in
quibus adeo profeci: ut hodie ca-
put et magister sim omnium latronum
huius provincie. Ad quod mona-
chus, Numquid non timetis pe-
nas eternas, huiusmodi operibus
preparatas? Dicente illo, de anima
nulla michi questio est: eo quod per-
dita sit. Monachus respondit,
Et si possem uobis ostendere uiam
salutis: uelletis michi acquiesce-
re nec ne? Ait latro, Etiam uobis con-
sentirem. Et ille, Ieiunate unum di-
em in ebdomada in honore sancte
marie genitricis dei, et nullum in
illa ledatis, et sciatis pro certo: quia
gratiam apud filium obtinebit. Res-
pondit latro, Hec reuera faciam, et
iam uoueo: nichil ea die comedam,
nullum depredabor: nullum ledam.
Elegitque diem sabbati: nichil in eo
mali operans: immo plurimos
a sociorum manibus depredandos
sive occidendos ob honorem beate
marie uirginis eripiens. Eodem
tempore tridentum ab hostibus per-
circuitur et infestabatur: et exeu-
tes satellites ciuitatis cum hostibus die

sabbati insequerentur. iam dictū
latronem inermē propter sabbatū
cum ceteris ceperunt. Et cum esset
fortissimus non se defendebat cum
caperetur. non se excusabat: nec
loqui uoluit interrogatus cum
duceretur. Veniens in ciuitatem.
mor ut cognitus est patibulo ad
iudicatus est. Nutu tamen ut cre
ditur bēe marie uirginis sup pul
chritudine corporis eius iudices mo
ti: in hoc conuenerūt. ut prouincia
abiuuata uiueret. Quod cum ille
abiuuaret. et diceret. non faciā. me
lius est em̄ ut hic peccata mea luā
qm̄ in futuro: responderūt. Sine
tamen ut decolleris. Non autē iquite
qualis sit pena: diuino modo occidat.
Enlli. Vis ut uocetur tibi sacerdos?
Respondit. Non est necesse. Omnes
cū xp̄iani estis: omnibz uobis oīa
peccata mea confiteor. Quod cum
fecisset cū multa contritione. nich
il se boni unq̄m fecisse testabatur.
preter illud ieiuniū quod a mona
cho didicerat. Sicq; extra ciuitatē
decollatus est: et in eodem loco sep
tus. Nocte eadem ut giles poetarū
circa eius tumulū luminaria uide
runt. Quinq; em̄ matrone corp
effodientes. et caput corpori adap
tantes posuerūt in feretro: mire tex
ture purpura superiecta. Et quibus
quatuor singulas candelas ardētēs ī
manibz habentes. per quatuor p̄tes
feretrū tollentes: quita que clarissi
ma om̄m erat cū candela sequēte usq;
ad portam uenerūt: ibi corpus depo
nentes. Custodes ista uidentes. timu

erūt putantes esse fantasina. Qui
bus illa dicebat. Dicitē episcopo ue
stro. ut capellamū meū a uobis detol
latum in tali loco ecclesie honorifice
sepeliat: minas addens si negligē
ret. Et nominauit se. Mane cum
episcopo hec essent nūciata: cū clero
et populo exiens. purpuram depo
suit: caput precisum corpori iunctū
uidit et expauit. texture amq; pur
pure humanū artificū excedentem
amiratus relatis credidit: hominē
q; cū timore et honore maximo. nō
ut latronem sed sicut xp̄i martirē ī
loco designato sepeliuit. Ab illo t̄p̄e
usq; hodie uix aliquis adules in
illa prouincia iuenitur: qui eius
exemplo diem sabbati in honore
dñe nr̄e scē marie non ieiunet. **No**
Cum opera bona extra caritatem
facta mortua sint. quomō ieiuni
um siue aliud opus scdm̄ genus
bonū. tempore latrociniū gestum.
dei genitrici marie placere potuit.
Mo. Per obsequiū quod beate uir
ginis marie impendit. abilem se
reddidit gratie: p̄ finalem contritio
nem factus est filius glorie. Per pe
nam temporalem quam libenter
ac patienter sustinuit: purgatorij
penas euasit. Non em̄ punit deus
bis in idipsum: nisi medicina con
tempnatur. Non aliter audeo dif
finitre. Legimus em̄ in uita patrū
cuidam latroni conuerso pietatis
opera que in latrocinio egit enu
merasse. sc̄m̄ respondisse palmu
um. Numquid aliquid tale egi. id ē
tam magnū in uita mea. **Novē**

Historia hec tam mirabilis, ualde
accendere debet peccatores in amore
sancte dei genitricis marie. **Moni**
Adhuc unum sup est caplin. quod os
ordinis nri professores, magis oibz
que adhuc audisti in illius amore
accendat: propter quod presenti di
stinctioni pro conclusione illud re
seruauit: quia quod nouissimo loco
dicitur: memorie fortius ipeunitur.
de monacho q ordine cisterciense uidit
sub pallio s marie in regno celorum

Monachus quidam **Capl. lxx.**
ordinis nri dnām nrām scām
mariam plurimū diligens: ante
paucos annos mente excedens, ad
contemplationē glorie celestis deduc
tus est. Vbi diu diuersos ecclesie
triumphantis ordines uideret: an
gelorum uidelicet patriarcharum
prophetarū, apostolorū, martirū,
confessorū, et eosdem certis caracte
ribus distinctos: id est in canonicos
regulares premonstratenses clu
macenses; de suo ordine sollicitus,
cum staret et circumspiceret, nec ali
quam de illo personam in illa glā
reperiret: ad brām dei genitricem
mariam cum gemitu respiciens,
ait. **Quid est sanctissima dnā, q**
de ordine cisterciensi neminem hic
uidet. Quare famuli tui tibi tam
deuote seruientes, a consorcio tāte
beatitudinis excluduntur. Videns
eum turbatū regina celi: respon
dit. Ita michi dilecti ac familiares
sunt: hy qui de ordine cisterciensi
sunt: ut eos etiam sub ulnis meis
serueam. Aperiensq palliū suū

quo amicta uidebatur, quod mi
re erat latitudinis: innumerabile
multitudinē monachorū, conuer
sorū, sanctimonialū, illi ostēdit.
Qui nimis exultans et gratias
referens, ad corpus redit: et quid
uiderit, quid ne audierit, abbati
suo narrauit. Ille uero in sequenti
caplo hec referens abbatibus, os
letificauit: ad ampliozem scē dei
genitricis marie amorem illos ac
cendens. Igitur quia uirginē bea
tam mariā, nimio speculū uirgi
nitatis cuius merita et gloria om
nem scōrum altitudinē transcen
dūt, laudare non sufficō: quasi
imperitus orator illam laudando
deficō. Ipsam igitur tuas aduoc
orationibz deprecor: ut desertum
meū ipā suppleat, et que scripta
uel scribenda sunt fructuosa fa
ciat. Amen.

Incipit capla octauae distinctiois
de diuersis uisionibus.

- Caplin primū**
- R**atio quare in octaua distinctioe
de diuersis uisionibus tractetur. **ii.**
 - D**e sacerdote cui natiuitas xpi in som
nis reuelata est. **iii.**
 - I**tem de socore cristina et eadem natu
rate. **iiii.**
 - D**e diuersitate somp **v.** rate.
 - m**orū et uisione spiritali. **v.**
 - D**e monacho qui xpiū quasi recentem
natū uidit cum maria et ioseph **vi.**
 - D**e priore qui uidit stellam i nocte
dnice natiuitatis sup cantantes. **vii.**
 - D**e richmude que in ephra xpiū uidit
in presepio, patris uocem audiens de
sup **viii.**

apparuit in etate trienni. **x.**
De predita richmude que dñm uidit i
domo pontificis inter persecutores. **x.**
De uirgine cui xps frequenter uigilanti
apparet in cruce. **xi.**
De daniële monacho cui xpc apparens
in cruce contulit gratiam lacrimar. **xii.**
Quomodo intelligendū sit pūssū pe
tram et fluxerūt aque. et cerā. **xiii.**
De petro monacho de claustrō. **xiiii.**
Item de monacho eiusdem cenobij rep
tato in cui⁹ aspectu crucifiri vulnera
De xp̄na monacha **xv.** puncta sūt
cui crucifirus apparuit. et senex pungēs
De sc̄moniali **xvi.** vulnera eius.
temporata quā xpc completus est. **xvii.**
De duobus conuersis claustrī qui uide
runt xp̄m in aere pendentem in cruce.
Item de conuerso de lucka qui **xviii.**
uidit xp̄m cū quindecim religiosīs in
aere crucifirum. **xix.**
De crucifirione religiosorum. **xx.**
De conrado conuerso qui in extasi
factus xp̄m uidit in cruce. **xxi.**
De milite cui cruce inclinauit quia
inimico suo peccerat ob amorē illius.
De sc̄moniali cui crucifirus **xxii.**
tenebras temperauit. **xxiii.**
De nouicio cuius fronti cruce im
pressa est cū inclinaret ad gloria p̄ri.
De monacho pictore **xxiiii.**
qui in parascoue mortuus est. **xxv.**
De crucifiro ecclesie sancti Georgij
in colonia que campanariū trulit.
De uindicta in milites **xxvi.**
qui hostes suos in ecclesia occiderunt.
De uindicta dei in damna **xxvii.**
tauos qui sine crucifiri traxerunt.
Item de concubibus quos **xxviii.**

crucifirerūt cū fugere uellent ad xp̄m and?
De ep̄o qui in paupere **xxix.**
conquestus est conuerso se fuisse pūssū.
De henrico contracto mōcho **xxx.**
clareuallis qui in sompnis uidit xp̄m
in pectore suo obdormire cū infirmus
De theobaldo **xxxi.** moreretur
comite qui in figura leprosi xp̄i pedes
De ep̄stopo qui **xxxii.** lauit.
leprosi nates lingens gēnā decidentem
Item de ep̄o **xxxiii.** suscepit.
salzburgense qui leprosum cōmunicās
uomitū eius sumpsit cū sacramentū
De odore **xxxiiii.** erexisset.
aromatico in pascha. **xxxv.**
De passione dñi nr̄i ihu xp̄i. **xxxvi.**
De sancto spiritu. **xxxvii.**
De henrico conuerso et columba quā
uidit super caput hermiāni prioris.
De monacho in cuius **xxxviii.**
capite uisa est colūba cū legeret euuāge
De sc̄moniali **xxxix.** lū.
cui mentaliter ostensum est sacramē
tū sancte trinitatis. **xl.**
Qua similitudine electi dicantur
De angelis. **xli. xlii.** membra cristi.
De uirgine que per angelū liberata
est a stimulo carnis. **xliii.**
De conuerso qui angelū frequenter
uidit et dicendo gratiam perdidit.
Quid operetur angelus **xliiii.**
hominis siue malus circa hominē. **xlv.**
De sorore xp̄na que uidit angelum
presentatorem animarū. **xlvi.**
De hominibz qui uiderūt reliquias
montis godmsbergh transigrare i
De milibus **xlvii.** strombergh.
templi quos pagani uidere non po
tuerunt dum horas suas dicerent.

De patriarchis et prophetis. **xlvi.**
De monacho clareuallis qui sc̄m **xlvi.**
iohannē baptistam diligit. **l.**
Item de sc̄momiali eiusdē precursoris
De duabz monialibz **li.** dilectrice.
contēdentibz pro sc̄o iohē baptista atqz
De canonico **lii.** cuius angelista.
hūmense quē sc̄s iohēs baptista trussit.
De mercatore cui meretrix uenit **liii.**
didit brachiū sc̄i iohānis baptiste.
De dente eiusdem qui est **liiii.**
apud nos et de uirtutibus per eum
De apostolis. **lv.** factis.
De femina fornicaria que sc̄m **lvi.**
andream repudiavit. **lvii.**
De pelle ursina sc̄o andree cingra per
quam mare furens sedatum. **lviii.**
De homine per sc̄m iacobū a suspen
dio liberato. **lix.**
De gherardo milite quem dyabolus
de ecclesia sc̄i Thome in india in mo
mento transtulit in terrā suam. **lx.**
De dente sc̄i bartholomei de quo san
guis exiit cum deberet diuidi. **lxi.**
De femina que sc̄m iudam cōtempserat.
De braxatrice ecclesie sc̄orum **lxii.**
aplorū cuius domus inter flammās
miraculose seruata est. **lxiii.**
De karolo cūe qui lapides ad funda
mēta ecclē eorūdem apolorum obtulit.
De martiribus. **lxiiii.**
De reuelatione martiris nr̄i. **lxv. lxvi.**
De sanctis ante alkazer in aere uisis
per quos xp̄iani adepti sunt uictoriam.
De reliquis martirū que **lxvii.**
bernardū in latere stimulauerūt dū
illicite moueretur. **lxviii.**
De dente sc̄i Nicolai in brunoylre. **lxix.**
Quare br̄s Thomas cātuariensis

plus ceteris martiribz miraculis cho
De freno per quod **lxx.** ruscet.
multa fiebant multa fiebant miracula
cum eisdem martiris esse putarentur
De confessoribz **lxxi.** et non esset.
De conuerso cui sanctus **lxxii.**
Nicolai apparuit in choro. **lxxiii.**
De fure quem idem confessor a pan
bulo liberauit. **lxxiiii.**
De adam monacho quem sanctus
Nicolai cum sancto patermano ab
infirmirate sanauerit. **lxxv.**
De puero opihone cui sanctus Nyo
colai mortem suam predicat.
De tabula sancti Nyo **lxxvi.**
lai apud porcetum. **lxxvii.**
De magistro iohanne cui infirmā
ti sanctus Martinus et sanctus go
dardus succurrerūt. **lxxviii.**
De geraldō abbate clareuallis cui
sanctus Eucharis cū socijs apparuit.
De uirginibus **lxxix.**
De theoderico episcopo leuonie **lxxx.**
qui sanctā mariam magdalenam
uiduit et sc̄am margaretam uirgin
ibus assistere uidit cum eas uelaret.
De arnoldo monacho **lxxxi.**
uilariensi quē sancta maria mag
dalena sanauit per tactum. **lxxxii.**
De abbatissa in houene cuius ocu
los sancta lynthildis curauit. **lxxxiii.**
De imagine sc̄e katherine ibidem.
De osse sc̄e katherine **lxxxiiii.**
quod oleum stillauit. **lxxxv.**
De duabz sacris uirginibus que de
folcoldestrode reuerse sūt colomiam.
Item de duabz uirgi **lxxxvi.**
nibus vnderam milii que per reuela
tionē sunt inuēte et nobis donate.

O euatore qui de carum **lxxxvii.**
reliquis miraculose obtinuit. **lxxxviii.**

O conuerso que una sanctarū uirgi
nū in sompnis osculabatur. **lxxxix.**

O esse equino quod de esū reliquis
miraculose protectum est. **xc.**

O puella que ad ymnū. Te deū lauda
chorū psallentū in celū transferri uidit

O eius que heremianus abbas **xcii.**
uidit de loco nostro. **xcii.**

O Rudolpho qui illocis manibus
tunit tangere asuerlorū **xciii.**

O sū montali que propter defectum
unius pietatis uirgine consolata est.

O conuerso qui dicendo pōdit **xcv.**
dulcedinē diuinitus concessam. **xcvi.**

O uatore prophetici spiritus qui
apparuit henrico conuerso. **xcvii.**

O Rudolpho canonico de aldensele cui
uir candidati horas canonicas decanta
uerunt. **Capo quare in octaua dis
tinctione tractetur de diuersis uisionibus**

Cap. .j.
Mirari pote
ris quare
distinctionem
diuersarū
uisionū ad
octauam
distulerim
locum. **Ad**

absq; ratione et causa sacramenti
noueris hoc factum. Sicut enī xp̄s
in euangelio scalam composuit ex
octo beatitudinibus. per quam celos
conscendere possit omnis xp̄ianus.
ita in hac distinctione scala erigen
da est ex totidem ordinibus per quā
humane uisioni condescendat celest

is exercitus. Duo latera hui⁹ scale
duo sunt genera uisionū. corporalis
scilicet et spiritalis: ita tamen ut
per spirituales omnis uisio intel
ligatur. in qua solus spiritus ope
ratur. **Quē** est uisio corpora
lis? **Mo** Cum aliqua dono dei corpo
raliter uidentur. et per illa aliquid
significatur: ut sicut helizcus uidit
currus igneos in raptu helye. et rex
balthazar articulos manus scribē
tis in pariete. Hac uisione sepe an
geli nec non et anime sanctorū in
subiectis corporibus a mortalibus oculis
corporeis contemplantur: ut postea
dicetur sub exemplis. **Quē** est
uisio spiritalis? **Mo** Que fit per
imagines sine corporibus ut fieri so
let in extasi et in sompnis. Sub hac
comprehendamus et uisionē intel
lectuales. licet multū ab ea diffe
rat. Quam quidam dicūt esse tri
plicem. enigmaticā scilicet quam
habent uisatores: presentariā qua
utuntur ciues. et mediastinā quā
habuerunt adam et eua in paradi
so. **Quid** est uisio intellectua
lis? **Mo** Visio intellectualis siue
mentalis est: quā nec corpora nec ima
gines rerū uidentur. sed in incorpore
is substantiis intuitus mentis mi
ra dei figuratur potentia. In supremo
gradu hui⁹ scale locemus xp̄m. qui
deus est et homo: caput et origo omni
scōrum. In scōdo gradu descendendo
ordinē angelorū. In tertio gradu or
dinē patriarcharū atq; propharū.
In quarto gradu ordinē aplozū. In
quinto gradu ordinē martirū. In

O monacho qui arā suam **xcviii.**
uidit in specie infantis. **xcviii.**

terto gradu ordinē confessorū. In septimo gradu ordinē uirginū. uiduam et continentū. In octauo gradu uisionem quarumlibet rerum miraculose apparentiū. **Ad** Quali modo siue in qualibz formis celestes spē utrum sint angeli seu humani mortalibz se uidentū exhibeat. magis exemplis qm sententijs scire desidero: preuista tamen prius uisione dei ac saluatoris nr̄i ihesu cristi. **Mo** Inuoca meū sp̄m sc̄m qui ab ip̄o procedit de cui? etiam apparitōe mirabili aliquid dicere propono: ut hoc quod postulas digne ualeam adimplere. licet indiuisa sint opa sc̄e trinitatis. et patri filius atq; utriq; spē sanctus credatur consubstantialis: nūqm̄ tamē in subiecta creatura pater mortalibus apparuisse reperitur. quod de filio et sp̄m sc̄m dici non potest. Quas siquidem ī ep̄i persona naturas confitemur: diuinam et humanā. Scdm̄ illā lucem habitat inaccessibilem: in qua nemo cum uidit unqm̄. Scdm̄ istā humanam sc̄licet. in terris uisus est: et cū hominibus conuersatus est. Uisus est enī ante legem et sub lege a p̄ribz. sed in aliqua subiecta creatura: uisus est tempore gr̄e in humana natura. Et licet semel ex uirgine sit natus. nutritus ac lactatus: semel a magis adoratus. et in templo presentatus. passus. et a mortuis suscitatus. ascēdit q; in celū: attamē usq; ad diem iudicij eadem sacramēta mirabiliter quodāmodo renouare non desinit: scdm̄ predicta uisionū genera suis

dilectis et electis. nūc in infanzia et puericia. nūc in adulescentia et iuuentute suam presentia exhibēs: sicut sequentia declarabūt exempla. **De sacerdote cui natiuitas i sc̄p̄m**
Sacerdos quidam **reuelata ē. ij.** de domino nr̄a diuini sacramēti incarnationis ep̄i plurima cogitaret: nocte quadam per uisū in natiuitatis eiusdem raptus est diuersorū. In quo diuini audiret quia uirgo esset paritura: respondit. xp̄e semel uatus est: de nouo uaso non poterit. Si uirgo hec paritura est: aliquis propheta magnus de ea natus erit non ep̄s. Vir uerba faterat: et ecce illa sine omni dolore peperit filiū. panisq; inuolutū. monacho porrigebat. Quem ille inter brachia sua colligens ac deosculans misterij intellexit: et in otu dulcedinis illius euigilans. premissas cogitationes tam iocunda uisione remuneratas minime dubitauit. **Ecce uisio hec spiritualis fuit: sed in sompnis facta.** Aliam huic sub uigam uisionem: qm̄ discernere nō possim uerū in sompnis sc̄re perueniens excessum contigerit. propter diuersorum relationem. **Itē de sacrore xp̄ina et de eadem xp̄i natiuitate.**

Dominus uenerabilem **Ca. iij.** uirginē cristinā cui⁹ in precedentibz memoria habita est. ī bergis sanctimoniam. uisione sue uatiuitatis letificare uolens: tempore quodam ei cum matre et ioseph apparuit panis inuolutus. et in presepio reclinatus. Erant enī idem

pānculi lancei et albi: a pānis sororū nichil differentes. **f**alsa uero q̄ mēbra eius ligata erant: grisei coloris uidebatur. **V**ides quanta hūilitas. quanta pietas in dei filio. **P**ānis uero soros pānis ordinis conformare dignatus est: ut amplius illa bēa de suscepto habitu gratularetur. **S**ile habes in superiori distinctione caplo decimo sexto. ubi dñs epiano de claustro morienti in cuculla cum matre apparuit. **N**ou. Quod gen uisionis uidetur tibi precellere: illud saluet quod fit in sompnis. siue illud quod fit in excessu mentis. **N**o. **U**t plenius de hac questione te expedire ualeam: diuersas sompniorū causas tibi distinguam. **d**e diuisitate sompniorū et de uisione spiri

Sompnium quōq; fit **talē. iiii.** **S**er reliquis cogitationū et curis: quādoq; ex crapula: quōq; ex iamione uentris: quōq; ex illusione et fantastica imaginatione inimita sine precedente cogitatione: quōq; ex pmissa cogitatione illusione secuta: quōq; per reuelacoem sp̄s sc̄i. q̄ multis modis fit: et est hoc genus sompnij dignissimū. **N**ec tamen minus imo magis meritorū est: si cogitacō sc̄a precessit. **I**gitur quocumq; modo uisio fiat nocturna. meo iudicio illa q̄ fit per mentis excessū autefertur: quia certior. quia carior. quia iocūdiōr. **P**rior uisio quā de celestibus est proprie dicitur reuelacio: secunda contemplacio. **I**n utraq; homo moritur exterior: et uiget interior. **I**lla ē infra racionem. et ideo habet meri

tū: ista supra racionē unde magis pertinere uidetur ad p̄mū. **Q**uāto mens per cōtemplacionē in deum uadit: sensus racionis deficit. **H**inc est q̄ in ortu beniamin rachel moritur. **R**achel que interpretatur uisū principū designat racionē: beniamin cuius interpretacio est filius dextre. cōtemplacionē. **R**achel uero in natiuitate beniamin moritur: tunc de racione celestium cōtemplacio uasatur. **Q**uāte sit infirmitatis sensus racionis. mens intra se reperit. **Q**uod si uerū non esset: apostolus excessum suū manifestans non diceret. **S**ive in corpore siue extra corp̄ nescio deus sc̄i. **N**o. **I**tem uisio spiritalis dignior sit corporali: magis tamen me delectat audire exempla de ista: quia celestes spiritus siue q̄d maior est ip̄m creatore spirituum oculis corporeis posse uidere. om̄ib; uisibus antepono. **N**o. **V**isionē tūc tibi referam: de qua iudicare debes. utrum spiritalis sit an corporalis: est enī de natiuitate xp̄i. **d**e monacho q̄ xp̄m quasi reuerenter natū uidit cū **alhemeneode maria et ioseph. v.** **M**onachus quidam in magna erat deuotione: et uidebatur bonam diuinā super se habere. **E**rat quippe in opere strenuus. in oracione et psalmodia deuotus: potens ad uigilandum: et feruens ad quodlibet inuictū. **C**umq; tam bonū circa factum om̄i sc̄orum habuisset spiritū eiusq; nullū aut modicū per plures dies sensisset detrimentū: cepit non tam audacter q̄m reuerenter

a dno precibus erigere: ut eum i festo
sue sanctissime natiuitatis qualicū
q; consolaretur uisitacione. **A**derat
iam uigilia natiuitatis dñice. et ille
necdum tepuerat a deuocione: nec
a supradicta defecerat intencionē:
presumens et presagiens aliquid
de diuina dignacōe. **O**e nocte autē
ubi surrectum est ad matutinas:
tantus torpor inuasit corpus eius.
et animā eius. ut etiam cederet eū
uiuere. **I**ntrauit tamē chorū cū
alijs. nil psallere ualens aut uolēs
dulcissimā illam sollempnitatem
ex toto ut sibi uidebatur amissurū?
a desiderio suo frustratus. **A**ccessit
uero ad eum alius monachus in
miciens ut pro ipso responsoriū deci
mū cōmitate debuisset. **A**t ille non
infirmitate prepeditus sed desidia
deuictus: signū resistabat. **S**ic ergo
felices illas uigilias et sollempne
gaudiū infelici torpore transiebat:
quippe quē nec psallere nec ad res
ponsoria surgere licebat. **I**n decima
tamen lectione sedebat sibi uigilās
quidem sed clausis oculis: et cogita
bat molestias suas in amaritudine
animi sui. **D**icebatq; sibi: secum
ratiocinando. **E**cce sic et sic habuisti:
hec et hec petisti. **U**bi nūc est il
la deuocio. ubi spes illa: et pia de
diuinitate presumpcio: **Q**uid nūc
agitur tecum? **E**t adiecit. **P**eceras
ut aliqua tibi reuelacio fieret. et si
modo fieret: quid potissimū uidere
eligeres? **U**tq; dñm ihm xp̄m. uel
dulcissimā eius matrem: aut cer
te ambos simul. **C**umq; hys et hu

iusmodi cogitacionib; occupat⁹
sederet. uigilans ut supradictū
est: sed clausis oculis: lector dixit.
Tu autē dñe. **E**t cātor surgēs sub
iūct responsoriū. **B**ēdictus qui
uenit in nomine dñi. **E**t ecce assitit
ante illum torpentem monachū.
matrona quedam reuerēdi uult⁹
et incomparabilis pulchritudinis:
habens in brachio infantulū adeo
paruulū. quasi recēter natum. i
uolutū fasciulis uilibus ualde co
abictis: intm̄ ut etiam supulita
te earum ille compassionem con
ciperet. **S**tabat autem quasi retro
ipam senex amictus pallio. indu
tus tunica. et pilleus nō acumi
natus super caput eius. que om
nia uidebantur esse de lana alba
et mūda. **V**ultū tamen semis uide
non potuit: situ pillei impediēte.
Vidit etiam fuscim cū hīs pende
re a latere matrone: sed colum vi
disse se non meminit. **V**idit: et
quā clarus uidere uoluit
qm̄ uidit: nichil uidit. **A**peruit em̄
carnales oculos: et gloriosam illā
uisionē perdidit. **E**t intellexit q; he
ata uirgo maria fuisset illa matro
na: infans xp̄s. et senex ioseph. **E**t
recepit in illa hora sp̄m suū bonū:
et reliquū scē sollempnitatis officii
transegit in gaudio magno. **A**nno
gracie millesimo ducentesimo deci
mo tertio. facta est uisio hec. **N**on
Quia genus huius uisionis dister
nere non ualeo: ad tuū illud exa
men transmittō. **M**o. **E**xpertorū
esset talia distinnere. **E**t si dixerō uisi

onem hanc fuisse spirituales. obicitur quod non sit in sompnis facta. quia monachus tunc uigilauit: neque in extasi. quia sensuum exteriorum eo tunc bene compos fuit. Item si iudicauero illam corporalem: respondes quod oculis corporalibus clausis corporaliter uidere non potuit. Quid ergo? Audi de hoc meam opinionem. non assertionem. Quantum ex alijs uisionibus colligo: corporalem illam uidit: quia lucidum Christi aspectum cuiusque celestium. tam subtilis palpebrarum prohibere non potest paries. Hinc est quod inclusa quedam cum a sathana sub specie angeli illuderetur frequenter. et hoc quidam sacerdoti literato confessa fuisset: dolos ille non intelligens. respondit ille. Cum denique tibi apparuerit: oculos claudere. Si angelus fuerit domini bonus. non minus eum uidebis: si uero malus illum ita uidere non poteris. Quod uerum esse experimeto didicit. **De uisore qui uidit stellam se caritates in**

Alteri nocte quadam. vi.
Auidam sacerdoti supradicte domus tunc priore existente. dominus sub alio typo natiuitatis sue in stellam ostendit. Cum in quarta dominica aduentus cantus responsorii. In tuemini quantum sit iste qui ingreditur ad saluandas gentes. inciperet: et pars conuictus ad librum stans inceptum perficeret. in choro abbatis super formam cui caritates imitabant. circulum lucidum uidit: et in circulo stellam clarissimam radiantem. Et mox intellexit si

cur intelligere debuit. quod stella eadem designaret christum: circulus uero lucidus orbem terrarum illius aduentu illuminatum. Se stellam esse testatur in apokalypsi dicens. Ego sum radix et genus dauid: stella splendida et matutina. Et in secundo euuangelio se appellat lucem mundi. Hec de christi natiuitate tibi dicta sufficiant: sciasque me hanc uisionem ab eius ore audiuisse qui eam uidere meruit. Porro quam gloriosa uisio quidam sacerdotum nostrum in christi natiuitate de christo sit ostensa: audies in distinctione sequenti. **Non**

Proter ut gradatim ascendas de festiuitate ad festiuitatem: et de infantia ad iuuentutem nostri saluatoris. **Mo.** Sic faciam: uisiones quas in illis. et de illo factas noui tibi recitando. **De richimude qui in presepio uidit christum in presepio audire prius uerbo uoce desuper. vii.**

Quedam circa hoc triennium defuncta est richimudis nomine: habitu secularis. sed uita ualde religiosa ac spiritualis. Ieiunijs et obsecrationibus semper uacabat: mente sepiissime excedens: ita ut celi secretis interesset. et celi regem cum celi ciuibus frequenter uideret. In quadam sollempnitate epiphaniarum. cum in monte sancte wallurgis interesset matutinis: et abbatissa inchoasset responsorium duodecimum scilicet. In columbe specie. illa uigilans et orans in extasi facta: christum infantem panis inuolutum et in presepio positum coram se uidit: et circa

illum quasi thronū aureū ad simi-
 litudinē iris. **E**ratq; ex utraq; parte
 eius multitudo angelorū. manib; **q**
 extensis cum adorantes: et oculorū
 suorū acies in illum indefinabili-
 ter defigentes. **N**ec mirum. **I**psē est
 speciosus ille formę pre filijs hōmī:
 in quem teste apłō angeli concu-
 piscunt prospicere. **C**umq; uentū
 fuisset ad locum illū. paternā uocē
 audita est: non cōuentū illa bñā
 in qua tūc temporis sensus ceteri
 oēs defecerant: sed patrē audiuit
 dicentem. **H**ic est filius meus di-
 lectus: in quo michi bene cōplacui.
Erat enī idem dei filius tantū decōis.
 et uocē patris tantū dulcoris: ut ex-
 primere michi non sufficeret. **R**eq;
 sicut etiam a me. quales essent effi-
 gies angelorum: respondit. **S**ta-
 turas habent humanas: facies
 uirginibus simillimas: genas ad-
 instar rosarum rubentes: et in reli-
 quis membris nitetis inue candi-
 diores. **A**lias michi adhuc retulit
 uisiones: quas locis competentib; **r**
 rephrabo. **D**e festo uero purifica-
 tionis habes in distinctione superci-
 oel. capłō uicesimo. uisionem miri-
 ficam uirginis de quidone. **N**on
 Puto huiusmodi reuelationes qñ
 doq; ex affectu orationis obtineri.
Quo. **H**oc certissimū est **de uirgine**
cuī xp̄s apparuit ī etate tertiū.
In framma uirgo quedam. **V**ni
 xp̄m in etate tertiū annorū quando
 iam loqui per naturam poterat. vi-
 dere desiderans: hoc ut fieret p̄abus
 instabat. **E**rat enī tam p̄fecte uite

ut non in merito talia presumeret. et
 se exaudiri speraret. **D**ie quadam
 cum dicta missa. ip̄a populo omnī
 egressa. sola in ecclesia moram fa-
 ceret. et oraret: infantem quasi ter-
 cennem circa altare deambulante
 conspexit: putans a matre illum
 ibidem neglectū. **E**rat enī tam spe-
 ciosissimus. et tante gratie uultus
 eius. ut in eius aspectu delectata. ad
 se uocaret: et in ambrus demulceret:
 sic dicens. **D**ic michi bone puerule.
 ubi est mater tua? **Q**ui dum nichil
 ei responderet. estimans illa utpote
 infantē eum nondū posse fari: sub-
 uicit. **N**osti dicere pater noster tu-
 um? **A**d quod dum non responde-
 ret ut prius: adiecit. **D**ic post me.
Aue maria gratia plena dñs tecū.
Et dixit post eam infantulus eadē
 uerba tam hilariter et tam distictē:
 ut illa miraretur. **S**imiliter factū
 est de clausula secunda. scilicet. be-
 nedicta tu in mulierib;. **C**um uero
 ei prediceret. et benedictus fructus
 uentris tui: totius humilitatis
 magister sua inspiratione sciens
 scriptū. non te laudet os tuū. sed
 alienū. eandem clausulam dicere
 noluit: sed mox illa intuenre per-
 ostensam formam celos penetra-
 uit. **T**unc primū uirgo uenerabi-
 lis se exauditam intelligens. gr̄as
 egit xp̄o: qui tam celeriter imple-
 uit desiderū suū in semetipso. **I**p̄e
 reuera dñs ihesus est fructus bene-
 dictus. de quo ysaias cecinit. **E**t enī
 fructus terre sublimis. **F**ructus ter-
 re filius marie. **B**enedixisti inquit

psalmista dñe terram tuā. Non potuit gignere terra benedicta: nisi fructum benedictū. **Pro.** Dignū michi nota uidetur: q̄ dñs orationem ore proprio editam recitare remittit: et in uerba quibus matrem beatificare uidebatur mox erupit.

Mo. Exemplū nobis dedit: ut et ita faciamus. Sermonē iam in lōgum protraximus tam in pñci distinctione qm̄ in precedentibus de apparitionibz infancie saluatoris: uis nūc audire aliquas ex illis uisionibz quibus se ostendere dignatur suis amicis in etate pfecta.

Pro. Volo et desidero: et maxime tamen de illius passione. **Moni.** Bene moueris. Passio em̄ dñica proemia est. Sollemnitatis post purificationē: ip̄a est festū propitiacionis. Per ip̄am tartarus est destructus: paradisius apertus: captiuitas captiuata: mors euacuata. Passio dñi om̄i tribulacionū humanarū est antidotū. Contricionem excitat: lacrimas producit: temptationes compescit. **De predicta ruyhnuide que dñm uidit in domo pontificis it̄ psecutores. ix.**

Predicta ruyhnuide tempore quodam utputo dñice passionis. cum de ipsa meditando ualde contereberetur: mente excedens. mox per spiritū in domū quādam amplam et hiemalem rapta est: in qua saluatorem stantem uidit nudipedem: et quasi captiuū: et circa illum multitudinē uideorū. Stabat em̄ demisso vultu. sola tu-

nica indutus atq; discinctus: manibus eam demissis. Tunica eius flauū uidebatur habere colorem: et sicut ipsa michi retulit in diuersis angulis domus deni ac duodecim ad instar ciconiarū congregati susurrabant: de morte illius tractantes. Erat em̄ domus summi pontificis in qua acta sunt scdm̄ historiam. que huic amille dei ostense spiritualmente. Quantū huiusmodi uisiones mentes religiosas compungant: uisio subsequēs ostendit. que corporalis est. **De uirgine cui xp̄c frequēter uigilanti apparer̄ i**

Duper uirgo quedā **cruce. x.** religiosa licet adhuc in habitu seculari posita: subpriori nro geclaco cū multis lacrimis retulit q̄ saluatorem in cruce pendente cruentis uulneribus uidere soleat. Nec minus ait illum uidere: si compassione et dolore urgente oculos clausero. Ecce hic habes euidentis argumentum. q̄ uisio illa de qua dictum est superius. caplo quinto. fuerit corporalis. **Femina uero iam dicta ex eisdem uisionibz tantum profecit: ut de dñi passione neq; cogitare neq; loqui possit sine lacrimis et contricione.** Quare de eadem beatissima passione quasi de fonte torrentes lacrimarum deriuētur: sermo sequens declarabit. **Lacrima quia cito siccatur. torrenti comparatur. de monacho cui xp̄c app̄ns i cruce contulit gratiam**

In hēmenrode **lacrimarū. xi.** sacerdos quidam ante annos

paucos defunctus est. homo simplex
 et illiteratus daniel nomine; uite
 satis durus. Orationibus et ieiunijs
 infatigabiliter operam dabat; om-
 nes pictantias sibi appositas reu-
 labat. **H**ic cum uite quadam piscem
 sibi ab abbate missum refutasset: se-
 quenti nocte in choro dyabolum
 prope se uidit assistere. et piscem quem
 ipse despererat manducare. **P**ro quo
 mobediencia corporaliter quidem
 satisfecit: sed non plene ab obstina-
 cione recessit. **P**ositus uero in ago-
 ne. sensibusque iam uniuersis pre-
 mortuus sola in oratione labia mo-
 uebat. et uox penitus non audieba-
 tur: et sic ultimam in psallendo spem
 reddidit. **I**ste daniel multas reue-
 laciones habuit. multa uidit: sed
 ualde pauca innotuit. **C**onfessus est
 tamen tribus uicibus sibi dominum ap-
 paruisse. **P**rima uice in cruce ante
 gradum presbiterij. secunda. in candi-
 dis uestibus ante manus altare:
 tertia. in ignea forma desuper altare.
Cui cum saluator diceret. puto quod in
 prima fuerit apparitione. daniel
 pete a me quod uis et fiet tibi: ille sicut
 michi retulit quidam seniorum domus
 illius respondit. **D**omine. sufficit michi
 gratia tua: nichil aliud a te peto ni-
 si tantum ut lacrimas habere possim
 quotiens passionis tue fuero recor-
 datus. **E**t dominus. **H**abeas tibi hanc
 gratiam. **A**u illa enim hora sicut au-
 duit. quando de passione christi cogitare
 aut loqui cepit: mox lacrimae eru-
 perunt. **N**ec mirum. christus ipse est silex
 ille limpidissimus qui aquas inde

ficientes filijs israel ministravit
 in deserto. **B**ibebant omnes de spiri-
 tali consequente eos petra: petra au-
 tem erat christus. **N**o. **Q**uomodo est hoc
 intelligendum quod in psalmo legi-
 tur. percussit petram et fluxerunt
 aque abierunt in sicco flumina.

Mo nota est hoc de historia. allego-
 ria satis usitata. idcirco tibi aliquid
 dicere uolo quod presenti uisioni
 congruat. et mentem tuam moraliter
 edifice. **Q**uomodo intelligendum sic
 percussit petram. et cetera. **m.**

Percussit petram. et cetera. **S**ecundum
 intellectum tropologicum. id est
 morale. **M**oyses homo est clau-
 stralis: quem regis filia. id est gratia
 diuina misericorditer tulit de flu-
 mine uite secularis. **I**nterpretatur
 enim moyses. sumptus ex aqua. **P**e-
 tra: cordis est duritia: uirga cruc-
 ditica: percussio. passionis christi re-
 cordatio. **P**etre lassio: cordis est com-
 punctio. **B**is moyses percussit silicem:
 et tunc primum perfudit aquam. **P**rim-
 itus pertinet ad passionis christi me-
 moriam: secundus ad passi compas-
 sionem. **J**udeus silicem semel percussit.
 quia christum passum quique cogitat. sed
 non compatitur: et ideo cor eius sic-
 di non potest ad lacrimas. quibus
 abluat peccata sua. **T**u uero si cogi-
 tationi compassionem addideris. pe-
 tram bis percussis: et tunc esse pote-
 rit quoniam cor tuum scindatur ad com-
 punctionem: et flumina lacrimarum
 inde erumpentes. per oculos exeat:
 atque per maxillas decurrentes quasi
 in sicco flumina etiam imperu suo

terram infundant. **No** Placet quod dicitur. **No** Quod christi passio medicina sit contra temptationes dicam tibi per exempla. **De petro monacho de claustro. Capl. xiii.**

Huerat in predicto claustro quod alio nomine hementrode dicitur. nicens quidam bone modis et laudabilis ad modum conuersationis. petrus nomine. de confluencia mundiis: cui creberrimas dominus deus fecit consolationes. Quedam ex his que de illo dicitur sum superius tibi recitauit: que idcirco replicare digni dicitur. quia postea eadem plenius et uerius a quodam eius confratre familiarissimo cognoui. Nam audiuit aliquociens uoces psallentium in sublimi.

Quadam etiam uice cum ministrantibus domino karolo abbati quodam uularensi confessionem duxisset. et absolutionem de more deuotius accepisset: audiuit uocem de celo dicentem sibi. Dimissa sunt omnia peccata tua.

Alio etiam tempe cum sacriste missam celebraturus ipse astaret. et lampas extincta fuisset: lumen aliunde uolens accendere. sed angustia temporis preoccupatus non ualeus. Flatu lampadem reaccendit. **S**ane huic inueni consuetudo erat semel in die ad minus reuolueret et recitaret sibi sanctissima et dulcissima passionis christi impropria: gratiarum spiritualium efficacissima in uitamenta. In quo studio tanta perditum diuinitatem circiter annis difficultatem passus est: ut quasi non sibi ualere

huiusmodi meditationes arbitrari debuisset. Tandem cum perstitisset pulsans et illatas sibi iniurias et difficultates indefessus effregisset. secreta illa christi obedienter intrauit: ac demceps sine difficultate et quasi ad manum paratis cotidie epulis meditationibus illis suauissimis cum magna iocunditate usus est. In canone quoque non magnopere curabat orare: sed de passione christi meditabatur. **H**abebat item in desiderio. et tam humiliter quam uehementer optabat reuelari sibi diuinitus aliquam imagine uultum saluatoris: ut cum meditari debuisset. ad eundem uultum. quasi conspectum et bene cognitum facilius intuitum mentis imaginare dirigere posset. Et dominus qui hoc ei inspirauit desiderium: non fraudauit eum a desiderio suo. laborabat ergo mirabili ac multiplici luxuriantis carnis molestia: dyabolo interitum: sed domino profectum ei de temptationibus ordinante. Unde cum quodam tempe in angulo chori conuersorum diuini et deuotius oraret: diuinum implorans auxilium ne sine reteret labi in peccatum: post horam surrexit et recessit. Siquidem in memoriam ei uenit. quod aliud quid agere habebat ex precepto. Ascendens igitur per stalla transitum habuit ante altare conuersorum. Vbi cum uenisset ueniam celeriter accepturus coram altari et abscissurus. sub lampade se humiliavit: et ecce ibi dominus ihesus stans ante eum uel potius quasi pendens in cruce. Qui pyssima brachy

ia sua abstrahens a cruce. seruū suū
 amplexatus est: et tamquā p̄cordia
 lem sibi in signū mutue familiari
 tatis cum ad pectus suū attrahendo
 stringit: temptationes q̄ illius uali
 dissimas stringendo compescuit. Sa
 ne cum terre procumberet optime
 siti compos erat: sed felici illa uisio
 ne ita a sensu suo abstractus. et ita
 dulciter affectus est: ut non plene
 scire potuerit utrū corporeis oculis
 an solo spiritu reuelacionē illam
 recepiisset. Adamē cum multas tā
 ante qm̄ postea consolaciones rece
 perit: hoc tamen fatetur q̄ ista sup
 gressa est uniuersas. Tantā siquidē
 acceperat gratiā lacrimarū a dño:
 ut infra matutinas uir aliqua ho
 ra oculi eius siccarentur. Hui⁹ rei
 testis sum ego. qui iuxta illum ad
 psalmodiam stabam. aliquanto
 tempore. Ita enī feruens erat in xp̄i
 passione: ut spe martiry theodori
 cum episcopiū liuonie sequeretur.
 sine abbatis sui p̄missione. Accepit
 ille auctoritatem a dño papa inoče
 tio secum ducere omnes qui ire uel
 lent ad propagandam uicē dñi
 sabaoth in populo barbaro. Adhuc
 ut dicit uiuit: et ex precepto abba
 tis sui parrochiam in liuonia regit:
 ubi predicat et baptizat: multos
 q̄ tam uerbo qm̄ exemplo edificat.
 et in fide confirmat. **De monacho
 temptato in cui⁹ aspectu xp̄i vulnera
 tem in peruncta sunt. xiiii.**
Hemenrode alius quidam frater
 magnam longamq̄ temptacōem
 habuerat: dicentibz sibi cogitacōi

bus suis ut heremita fieret. Ideo
 hac temptatione deuictus fuit:
 ut aliqua etiam loca perlustrauit
 ut explorans aptum sibi habita
 culum. Tandem conuersus ad be
 atam uirginē mariā. ei se totum
 comisit: ipam sibi ipi fideiussorem
 constituens: q̄ quidquid ipa sug
 gessisset. hoc ille sine cunctacione
 aggrediretur. Cumq̄ ad beatam
 uirginē mariam sub hac conditi
 one sepius recurreret: quadā uice
 oranti ei coram altari uox insonu
 it dicens. fideiussorem me consti
 tuisti: ego me absoluerē uolo. Ille
 uero erigens se uidit utrū uenerā
 di habitus. ante altare assistere:
 crucem in manu tenere: crucifixa
 sancta quinq̄ vulnera digito sup
 inducere: et sic uidenti dicere. Sic
 omnis qui ordinē istum quem
 professus es seruauerit. dñm nos
 trū ih̄m xp̄m perungit: et sic ille a
 temptatione sua liberatus est. **De**

xp̄ia monacha cui crucifixus appa

ruit ⁊ senex pūgescū. xv.

Beate memorie xp̄ia de uol
 mutsbene cuius supra memini
 etiam crucifixus apparuit. et ho
 mo senex iuxta eam: qui ex p̄cite
 quam in manu habebat perun
 gebat vulnera illius. Genus tamē
 uisionis discernere non ualeo. **De**

sancti ualē temptata a x̄o amplexata. xvi

Alteri cuidam sanctimoniali
 ordinis istri quam nominare
 nolo: tempore quodam cum esset
 grauissime temptata. dñs ih̄sus
 xp̄s totius ecclesie sponsus uisibi

lucet apparens amplexatus est eam: et omnē illius turbacionē in magnam cōuertit tranquillitatē. **Ex** omnibus hys exemplis habes q̄ uisio dñice passionis, nec non et meditatio atq; compassio: maximū contra temptationes sit antidotū. Sunt et in illa multiplices consolationes, sicut subiecta declarabūt testimonia. **de duobz cōuersis claustrī q̄ uiderūt in aere pendētem in**

Duo cōuersi **cruce. xvij.**
 De hēmenrode in quadā gran-
 gia eiusdem domus quodam tem-
 pore manebant. Stabant autem
 simul uice quadam, et hora cōple-
 torij deo sue seruitutis pensum per-
 soluebant, dicto completorio: respi-
 ciens uisus ad celū uidit in sublimi
 cruce splēdidam, et in ea dñm
 crucifirum. Erat autem crux illa
 adeo splēdida: ut ab ip̄o splēdore
 sese inuicem clarissimē intuerentur
 Nam alias tenebre erant sup̄ faciē
 terre. Erat enī hiemis tempus. Et
 quia loqui non licebat: signū fecit
 alteri, quasi interrogans si aliqd̄
 uideret. At ille nichil se uidere sig-
 nauit. Tunc ip̄e signū illi fecit: ut
 genua flecteret et oraret. Quod cū
 fecissent ambo simul: erectus post
 pusillū tante uisionis factus est
 socius et testis. Ambo **Q**adhuc
 ut puto uiuūt: nec licet prodere
 nomina illorū. **Ro.** Que tibi ui-
 detur causa fuisse tante uisionis
 cōuersorū eorūdem: meritū an
 culpa? **Ro.** Si propter eos uisio
 eadem facta est: alterū uidetur cau-

sa fuisse: bona uidelicet uita uel cul-
 pa aliqua, siue ueritatis. Hoc ue-
 rum esse, uel posse esse uerū, uisio
 subsequens declarabit. **de cōuerso**
q̄ uidit xp̄m crucifirū i aere cū xv
n lucka domo religiosi. xviii.
ordinis nr̄i cū? in superiori distric-
ione memini caplo uicesimo q̄to.
cōuersus quidam est, sicut ab adā
eiusdem domus monacho didici, ut
bonus et disciplinatus rudolphus
nomine: cui diuinitus multa re-
uelantur. Hic cum nocte quadā
dictis matutinis ante lucē sub di-
uo staret, et orationes aliquas di-
teret: xp̄m in aere cruce affixum
pendere uidit: et circa eum quinde-
am homines singulos in singulis
crucibus. Ex quibus decem erant
monachi, et quinq; cōuersi: omnes
ei bene noti: utpote congregacōis
sue professi. Ita aer fuerat illumi-
natus ex xp̄i presencia: ut singulos
bene discerneret. Cumq; stupefactus
staret ob tam mirabilem uisionē:
dñs de cruce clamauit. Nosti rudol-
phe qui sunt hī quos circa me ui-
des crucifirōs: Respondente cōuer-
so noui dñe qui sunt, sed quid sit qd̄
uideo prozsus non intelligo: sub-
iūit dñs. Hī soli ex omni congre-
gacione meū crucifiri sūt: mee
passioni uitam suam conforman-
tes. No In quo se illi conformaue-
rant. Non Vtq; in obedientia, in
 pacencia, in humilitate, in abre-
 nūciacione totius proprietatis: pro-
 prię uoluntatis. Hec et hys filia
 monachos martires faciūt: i quorū

persona per psalmistam dicitur. **Quia**
 propter te mortificamur tota die:
 estimati sumus sicut oves occisionis.
Ecce crux de qua in euuangelio dicit
 ipse crucifixus. **Qui** non tollit cruce
 suam cotidie et sequitur me: non
 est me dignus. **Non** dicit semel sicut
 petrus: sed cotidie sicut anthontus.
Sicut didici imper a predicto mona
 cho, omnes illi qui detum adhuc ui
 uunt: excepto uno qui iam dormiuit
 in dno. **Mo.** Nemo claustralium ui
 sionem hanc ignorare deberet. **Mo**
Verum dicit quia multi putant se
 esse monachos et non sunt: ore et
 non uita dicentes cum apostolo.
Michi autem absit gloriari nisi in
 cruce dmi nri ihu xpi: per quem mi
 chi mundus crucifixus est et ego mu
 do. **Non** Dic queso quomodo nobis in
 telligendum sit quod idem aplos dicit
 qui autem sunt xpi carnem suam cruci
 fixerunt cum uicijs et concupiscentijs?
Mo. Sedm precedentia uidetur sic
 intelligendum. **De crucifixione reli
 giosorum. Caplin. xix.**

Apostolus enumeratis operibus
 carnis: cum exposuisset fructum
 spiritus subicit. **Qui** autem sunt
 xpi. et cetera. **Duplex** est religiosorum
 crucifixio: hominis interioris per
 alienam compassionem. et hominis exterioris
 per propriam carnis mortificationem.
Crux dicitur a cruciati. **Crux** mona
 chorum rigor ordinis est: tum propter
 uigilias et orationes: tum propter
 ieiunia et castigationes: tum propter
 silentium et opera manuum: tum propter
 carnis continentiam et uestimentorum

stratiq; duriciam. **Qui** autem sunt
 xpi. qui cum aplo dicere possunt xpo
 crucifixi sumus cruce: carne suam
 crucifixerunt. id est cruce affixerunt.
 cum uicijs operum et concupiscentijs
 desideriorum pugnautes. **Non** ponuntur
 illi duo genitium plurales instrumente
 taliter. sed passiuue: eo qd per uirtutes
 in carnis maceratione mortificen
 tur. **Tres** clauus quibus corpus mo
 nachi cruce debet esse affixum: tres sunt
 uirtutes per quas teste iheronimo
 martires efficiuntur. scilicet obediencia.
 patientia. humilitas. **Manu**
 monachi dexteram configat obediencia
 sine inuentione: sinistra
 sine simulatione. **Clauus** obediencie
 impellat amor superne libertatis:
 clauus patientie. timor pene gehenna
 lis. **Pedes** illius uera humilitas con
 figat. ut non solum prelati. sed et
 fratribus se propter xpm subiciat: ut
 dicere possit cum psalmista. **Humi
 liatus** sum usquequaque dno. **Et** in alio
 loco. **Imposuisti** homines super ca
 pita nostra. **Duo** pedes. duplex est sym
 bia mentis scilicet et corporis. **Et** li
 cet supbia caput sit omnium uiciorum.
 non tamen incongrue per pedes qd
 in fine sunt partes corporis. quibus
 designantur. **Quod** enim ualde odimus
 et despiciamus: hoc pedibus conculca
 mus. **Unde** ioseph filius israhel
 ut colla regum calcarent precepit.
Non Satis michi placet quod dicit
 mihi residuas dnoce passionis uisi
 ones explana. **Non** **Quod** dno suam
 passionem mihi ad consolationem. mihi
 ad correptionem iustis ostendat: pre

to est exemplum. **de conrado conuerso
qm̄ extasi factus xpm̄ uidit. xx.**

Conuersus quidam apud nos
ante annos aliquot defunctus
est: uir bonus ac timoratus nocte
conradus. Ipse est qui uidit i dorso
fratris wilhelmi. serpentem cum in choro
dormiret: sicut dictum est in distinc-
tione quarta. caplo tricesimo sedo.
Hic tempore quodam cum in domo
ura dolendoq. cui preerat solus esset
et magnū cordis sui defectum senti-
ret: ait intra se. Och miser. debes sic
morari sine homine. **Vix** uerba fini-
erat: et in extasim ruens. ecce salua-
torem coram se in cruce pendentem
uidit. **Qui** ait. **Conrade.** uides qui-
ta propter te sustinuerim? **Mox** q.
post uerba consolationis aduērit
Omnia opera tua bene placent mi-
hi: uno tantū excepto. **Quid** dētis
conuersus ex uisione tam salutifera
confortatus ad se rediit: et cum ocu-
los aperiret. ut eum quem spiritu
uiderat cerneret. uisio disparuit. **Re-**
qui scitus a fratre richardo conuerso
religioso. cum ei recitaret uisionē.
si dnm̄ interrogasset de eodem
opere: respondit. **Non:** iam dictam
pretendens necessitatem. **No.** **Ed-**
est q. saluator in uero scō opus rep-
hendit: quod tamen ei inotescere
noluit. **Non** **Dico** quia illum de
omnibus suis operibus uoluerit esse
solicitiū: ut dū vni nesciret de sin-
gulis timeret. **Idem** ante mortem
suam confessus est abbatī nro q. uo-
ces angelorū nocte quadam audie-
rit in celo. **Obijt** autem in ip̄a dul-

cissima festiuitate assumptionis
dñe nre sancte marie: ipsius ut spe-
ro precibus cui deuote seruierat. die
tali de terris assumptus est i celū.
Non solum consolatio est in cristi
passione. immo etiam in sacris y-
maginibus que eandem beatam pas-
sionem representant. **Item** hono-
rantes illas. xpc̄ honorat et remun-
nerat: punit in deuotos et negligē-
tes. **de milite cui crux inclinauit eo q.
iungo suo peccerat ob adorē illius.**

Contempibus nris in prouincia. **xxi.**
Quia miles quidam alterius
cuiusdam militis patrem occidit.
Casu accidit ut occisi filius occiso-
rem caperet. **Quem** cum i uisione
patris extracto gladio trucidare
uellet: ille pedibus eius prostratus
ait. **Rogo** uos dñe per honorem
sanctissime crucis in qua deus pen-
dens misertus est mūdo: ut mei
misereamini. **Quibus** uerbis ille
compūctus. cū staret et quid facē
uellet deliberaret: inualecente mi-
sericordia hominē leuauit et ait.
Ece propter honorem scē crucis. ut
michi qui in ea passus est. peccata
mea indulgeat: non solum tibi
culpam remitto: sed et amicus
ero. **Deditq.** ei osculum pacis. **Ad-**
multo post idem miles cruce sig-
natus mare transiens. cū ecclesiā
dñici sepulchri alijs peregrinis
honestis de sua prouincia conuic-
tus intraret. et ante altare proxi-
mū transiret: imago dñici corporis
illi profunde satis inclinauit de
cruce. **Hoc** cum aliqui ex eis con-

siderassent; nec tamen scirent cui tā
tūm honorem exhibuisset: ex cōsilio
singillatim reuersi sunt: nec tamen
alicui eorū inclinātū est. nisi cui prius.
Tūc causam sciscitantes. cū ille dice
ret se indignū esse tanto honore: q̄
supradicta sunt memorie occurrerūt.
Que cum fratribus recubisset. narra
ti sunt de tanta dei humilitate: scie
tes imaginis eius inclinacionē fac
tam fuisse pro gratiarū actione. *De*

sanctimoniali cui crucifixus tenebras
Soror quēdā *tempauit. xxii*
ordinis nri capellam oratorū
ingressa cum ante altare coram cru
cifixo psalmos legeret. et tamē tar
de esset: custos illam ibi nesciens. of
tū forinsecus clausit et recessit. Qd̄
cum illa intrinsecus audiret. nec tū
pulsare presumeret: ibidem p̄notā
uit. Et sicut ab eius ore audiui: ra
dius quidam ad instar stelle de bra
chio exiens crucifixi. tantū ei lumi
nis prestittit: ut in tenebris illius
beneficio: psalmos suos legeret. Est
super idem altare imago beate uir
ginis lignea: filiū tenens in sinu.
Cumq; eadem sanctimonialis tpe
quodam coram illa psalteriū legēt.
puerulus inopinate aduenit: et
quasi scire uellet quid illa legeret
in librū respexit et rediit. Est autē
eadem uenerabilis femina laica et
indua: multumq; circa ordinem
feruens ac deuota: plurimas ha
bens a deo consolaciones. *De nouo*

quius frōti cruce impressa ē dū inclinaret.
Nouius quidam *xxiii.*
in hēmentode cū uice quadā

in choro ad uersiculū sancte trini
tatis deuote inclinaret: cruce frōti
sue imprimi sensit. et puto q̄ eadē
hora cogitauerit de passione dñi.
Vocatur autem hartmannus. et ad
huc uiuit. *No.* Puto q̄ scriptores
et pictores sacrarū imaginū aliqd̄
speciale p̄mū ex hoc percipiant.
No. De hoc dubitare non debes:
si tamē magis sit deuotio q̄m aua
ritia mercedis in causa. *De monacho*

pictore q̄ in parascene mortuus est
Monachus quidā *xxiiii.*
nigri ordinis de episcopatu
mogūncensi. ante annos paucos de
functus est. Erat autē pictor bon⁹
et ordini nro tam deuotus. ut gra
tis expensis tantū receptis in diuer
sis domibus ad diuersa altaria. im
ci decoris crucifixos depingeret. Nā
nrōs crucifixos ipse pene omnes fe
cit: nullas a nobis requirens expen
sas. Volens suo effigiatori ostende
re sūmus ille crucifixus. ad cuius
imaginē omnes facti sumus: quā
tum sibi labor ille sanctissimus pla
ceret: in parascene die saluet̄ i qua
passio specialiter representatur. il
lum non sine multorū ammiracione
de hoc mūdo assumere dignatus ē.
Quasi diceret dñs. Quia circa meā
passionē mente et corpore deuote se
per laborasti de illa cogitando. maḡ
per picturas alijs exhibendo: ecce i
die mee passionis te de labore ad re
quiem assumo: in qua iam nō men
taliter uel per picturas figuratiter.
sed presentiatiter. id est facie ad fa
ciem me contempleris. Hec dicta sūt

de eo q̄ dñs eos qui imagines sue pas-
sionis honorant, rehonoret et remunere-
ret: nūc tibi ostendam q̄ negligētes
illarumq̄ contemptores puniatur et
confundat. *de crucifixo ecclē s̄i geor-
gi que campanariū trulit, xxv.*

Qolome in ecclesia s̄i Georgii
martiris cruce metallina est
effigiem habens saluatoris: p̄ quā
multa miracula facta sunt ac sa-
nitates. Vnde multa luminaria
matrone ciuitatis coram illa accē-
dere consueuerūt. Maxima tamē
causa illarū uirtutū fuisse credit̄
portio dñici ligni que inclusa habe-
batur: que nūc extracta gemmis et
auro circumdata est. Campanari-
us uero eiusdem ecclesie, cū nullam
ei reuerentiam exhiberet, sed ua-
dens cubitū frequenter luminaria
inde subtrahens in uisus suos con-
uerteret: nocte quadam cū se in lec-
tini suū reclinasset, et adhuc uigi-
laret: cruce eadem ad eum uenit:
et cum uoce increpationis tam ua-
lide tintuit: ut infirmatus multis
diebus sanguinē uomeret. Huius
miraculi ego bene recordor, et erat
celeberrimū in tota ciuitate: ita
ut ab illo tempore in maiori uene-
ratione habita sit eadem crux. *de u-
dita i milites q̄ hostes suos in ecclia
u comitia de monte occiderūt, xxvi.*
ante non multos annos inter duas
cognaciones militū, tam graues in-
imicie orie sunt: ut se inuicem ca-
perent et occiderent. Die quadam
cum plures unius partis conuenis-
sent in ecclesia uille que wistorp

diatur: aduersē parti per uetulam
prodiū sunt. Dederat etiā eis signū
dicens: Quociens intrauerint totas
nolam traham. Quod cum fecisset:
ecclesiam cum multitudine ingressi
armati super merites irruerunt,
Quo uiso, illi arreptis sacris imagi-
nibus gladius opposuerūt: speran-
tes sibi illarum beneficio pari debe-
re. Percussores uero nullum loto ex-
hibentes honorem: nullā sacris ima-
ginibus reuerentiam: ita hostiū cru-
dem siciebant, ut imagines opposi-
tas mutilarent, ipi q̄ crucifixo bra-
chia presciderent: et circiter octo mi-
lites in ecclesia trucidarent. Quod
sacrilegiū dure satis uindictā est.
Nam infra breue tempus ab occisor
consanguineis, occidentiū numero-
sa multitudo sic gladio deleta est: ut
uir duo superessent. Vetula uero q̄
alios prodiderat: tempore mellis mi-
nimo calore aeris suffocata est. Et q̄d
dicam de malis xpianis, cum apud
damiatam saraceni xp̄m ignoran-
tes ob iniuriam ymaginis eius graui-
ter sunt puniti. *de uindictā dei in dami-
atanos q̄ fume crucifixū traxerunt.*

Qum in obsidione da-
mate maxima pars exercitus
dñi saracenis occurrisset, nescio quo
dei iudicio infideles fidelibz superiorez
effecti eos in fugam uerterūt: mul-
tos ex eis occidentes: et plurimos cap-
tiuos abducentes. Quod ut cognou-
erūt in ciuitate obsessi, in tantam
lenticiam resoluti sunt: ut in confusi-
onem fidei nre laqueū collo crucifixi
micerent: sicq̄ sacram illā ymaginē

alijs additis iniurijs per omnes pla-
teas ciuitatis traherent. cum multa
uociferatione et plausu manuum:
uictoriam deo suo ascriberentes. *Xps*
uero qui mortuus et quasi nullius
ualoris uidebatur. in tam execrabi-
li culpa: post breue tempus ualde
terribiliter reuulscere cepit. in iudi-
dicta. Nam damiananos ut pena
concordaret illate iurie. ulceribus
percussit in gutture. Paulo post
ciuitatem ipsam inexpugnabilem
eis abstulit sua uirtute: ita ut nec
unus in eius uastatione caderet *xpi-*
anus. Alia adhuc plura miracula
de sacris ymaginibus tibi dicere pos-
sem: sed usque ad decimam distinctionem
illa reseruo. Hoc etiam scias quod usque
hodie *xpc* in suis membris crucifi-
gitur: nunc a iudeis nunc a sarracenis
nunc a falsis *xpianis*. Vnde per ma-
lachiam prophetam conqueritur
dicens. Si homo configit deum: quia
uos me configitis. Item et uos me
configitis gens tota. *Xpianos* nris
temporibus a iudeis esse crucifixos au-
dium: a *xpianis* aliquem ad hunc
esse crucifixum nondum audium: quos-
dam a sarracenis nuper fuisse cru-
cifixos intellexi. *de concubis quos cru-*
cifixerunt cum fugere uellet ad xpianos

Supradicta damiata. *xxviii.*
Cum per obsidione multum
esset artata. quidam ex paganis
occulte erantes de ciuitate: tum ut
xpiani fierent. tum ut mortem eua-
derent: ad muros confugere ceperunt.
Quos sarraceni insequentes et com-
prehendentes redirecunt. singulisque

crucibus singulos appendentes. ad
confusionem *xpianorum* supra muros
omnes suspenderunt. *Mo.* Quid
sentendum est de istis? *Mo.* Si fide
suscipiebant et fidem timore penarum
non mutabant: hauri dubium quum
mures sint. Non solum ab infidelibus
xpc martirizatur: sed etiam a ma-
lis *xpianis* per pauperum iniurias
cotidie configitur et flagellatur.
de xpo qui conquestus est conuulso se fuisse per-

Non est diu *causum. xxix.*
Quod quidam pauper nescio quomodo
impellente necessitate loqui uolens
henrico duca louanie. qui adhuc
super est: presentiam illius adire tem-
tauit. Cui cum unus camerarius eum
indignatus scapulis eum impelleret
et passim baculo cederet sine mise-
ricordia: conuersus quidam ordis
nris hoc uidit et ingemuit: compas-
sus illi etiam usque ad lacrimas. *Sub-*
sequenti nocte saluator ei in somp-
nis apparens super altare in gloria
magna: ait. Gratias tibi quod hor-
tantum michi compassus es: quando
camerarius ducis tam inuisitero-
diter sine causa fustigauit me. Ad-
quam uocem conuersus euigilans:
intellecit quod xpc adhuc in suis me-
bris pateretur. Nou. Dic queso.
est ne adhuc aliqua alia forma del-
pecta: in qua *xpc* mortalibus digne-
tur apparere? *Mo.* Etiam. Tanta
est humilitas in *xpo* ut aliquando
sub figuris infirmorum: aliquando
amplius est species leprosum assu-
mens. nobis appareat. Si primum
uerum non esset: nequaquam diceret

cum angelo. Infirmitas sui et uilitas
 nis me. De secundo dicit ysaias. Ve
 re languores nostros ipse tulit. et dolo
 res nostros ipse portauit; et nos puta
 uimus eum quasi leprosum et per
 cussim a deo. et cetera. Hicet in dya
 logo sancti gregory et in alijs locis
 plura de hys occurrant exempla;
 non tamen quia promissum est tibi
 dicere licet nisi noua. id est nostris
 temporibus gesta. *De henrico tracto
 mocho clareuallis qm sopnis uidit
 xpm in pectore suo obdormire.*

Henricus contractus .xxx.
 clareuallis monachus cuius
 memini in distinctione prima. ca
 plo decimo sexto. qui ante paucos
 annos defunctus est; in eadem domo
 quing infirmarius fuit. Hic cum tpe
 quodam haberet magnam infirmam
 iam moram prostratum. et nocte surgens
 ad signum matutinarum. cum eundem
 infirmum considerasset. sperans illum
 posse durare; chorum ex hoc securior
 intrauit. In quo dum sedendo modi
 cum quid dormitasset. ecce saluator
 in figura infirmi affuit; et super pec
 tus illius se reclinans requieuit. He
 ricus uero de hoc territus cum surgere
 uellet dominus eum compescuit. dicens.
 Bone sine me quiescere. Ad quod
 uerbum expergefactus. mor recorda
 tus est infirmi sui; et surgens atq;
 in infirmorum festinans. illum ago
 nizantem reperit. Quem cum ad
 terram deponere uellet; super pectus
 eius in modum uisionis exspirauit.
 Et autem dominus species quing leproso
 rum assumat; sequentia declarabunt

exempla. *de Comite qm in figura leprosi*

Domi petes lauit. .xxx.
 nobilissimus princeps theobald
 comes campanie. de cuius operibus
 misericordie in uita sancti Bernardi ab
 batis clareuallis mira legitur; ta
 te humilitatis erat. ut etiam prese
 ntialiter tuguria leprosorum uisitare.
 Adhuc uiuunt; qui illum in carne
 uiderunt. Habebat autem ante quod
 dam suum castrum leprosum quedam
 manentem. ante cuius domunculam
 quociens eum contigit transire. de
 equo descendit et ad illum nitens. post
 quam pedes eius lauit elemosinam dedit.
 et abiit. Post breue tempus idem le
 prosus comite ignorante defunctus
 est et sepultus. Die quadam comes
 uia illa transiens; mor ut ante tu
 gurium sibi notum uenit. descendit di
 cens. Oportet me uisitare patrem
 meum. Intransq; non leprosum. sed in
 leprosi forma et habitu. contem
 platus est dominum. Cui cum consueta
 opera misericordie impendisset;
 et tanto deuotius quanto inspiraba
 tur a uisitato forcius; hilari exi
 uit. Cumq; suis dixisset. gaudeo
 me uidisse leprosum meum; respo
 derunt ei quidam. Dne scatis pro
 certo eum dudum esse defunctum; et in
 tali loco sepultum. Quod ubi conperit
 princeps pyssimus exultauit in
 spiritu; eo quod uidere eiq; ministrare
 meruerit presentialiter; que mul
 to tempe in suis membris uenerat
 est. Ut autem dominus ihesus tanta hu
 litatem tanti principis etiam in pre
 senti remuneraret. et ut uerba sua

uera ostenderet que dixerat. quidquid
vni ex minimis meis fecistis michi
fecistis; se illi exhibere dignatus est.
Audi aham uisionem. ista adhuc ex
cellenciozem. **de ep̄o qui leprosi na
res lingens gemā cadentē suscepit.**

Eo tempore quo heresis .xxxii.
Albientiu pullulare cepit: con
tigisse dicitur quod narro. Erat in
regno francorum episcopus quidam:
etate iuuenis sed magne religionis
Nominis eius siue dyocesis eius no
menum. Hic tante fuit pietatis.
misericordie ac humilitatis: ut eq̄
tans in uia neminem leprosum
sibi occurrentiu sine elemosina p̄
teriret. Sepe etiam de equo descen
dit: et petentes preueniens nimis
q̄ manibz illorum tamqm̄ xpi ga
zophilatio inmissis atq̄ deosculatis
iteru ascendit et processit. Die qua
dam dum per stratum publicam
incederet. leprosus quidam secus uia
stans. in agro. uoce rauicissima ut
sui miseretur clamauit. Erat eni
aspectus eius tam horridus. et q̄si
a lepra tam corrosus: ut oculus hu
manus non sine cruciatu illum in
spicere posset. Que ut sanctus ep̄c
uidit misericordia motus. mox de eq̄
ruit: et ad illum currens obtulit ele
mosina. Ad que leprosus. Non sunt
michi necessarij uimui tui. Qui cum
ep̄c responderet. quid ergo uis ut fa
ciam tibi: Ille subiicit. Ut putredi
nem huius infirmitatis mee abster
gas. **ostendens carunculam**
de naribz cadentem magni horrois
Quam cu uir beatus xpi amore suc

ensus manu tergeret: clamauit il
le dicens. Cessa cessa: asperitatem
digitoru tuoru tollere non ualeo
Cumq̄ adhiberet partem carnis
sue que de panis fuerat satis subti
li: simili clamore prohibitus est.
Tunc ep̄c. Si pati non potes manu
si non panu delicatu: unde uis ut
abstergatur? Respondit leprosus.
Nichil aliud parat: preter luctio
nem lingue tue. Mox ad illud uer
bu lucta non modica. oriri cepit in
corde pontificis inter gratiam et
naturam: illa ut fieret uolente:
ista contradicente. Sed gracia dei
cooperante et nature uim faciente
linguam apposuit. et promissade
elephantinu morbu iurit. **Mira
res.** Mox de naribz eius qui leprosi
uidebatur. gemā preciosissima lap
sa est in os episcopi. Et ut ostende
ret se esse xpm. qui ad probanda
ep̄i uirtutem se fincerat leprosum
in oculis eius gloriose celos ascendit:
et quia eiusdem glorie participatu
turus esset episcopus ascendens equi
misit. **Dñs** geuardus abbas nocte
rediens de caplo generali. hec nobis
retulit: asserens tunc uerenter fuisse
gesta. **No.** Quid est gracia co
operans? **Mo** Duplex est gracia di
operans. per qua ep̄s tantu bonu
uoluit: cooperans. per quam illu
perfert. Poterat antistes iste uere
rabilis dicere merito. cum sc̄o iacob
patriarcha. uidi dñm facie ad fa
ciem: et salua facta est anima me
a. **Mo.** Magna sunt que dicas. **Mo**
Et autem non solum more duoru

sed et tertium testium stet omne uerbum ad
dam certam uisionem duabus hijs
non imparem. sed forte iudicio tuo
propter opus maiorem. **De quodam
epo qui leprosum conuincens uomitum et
supplicium dicitur accepisset. xxxiii.**

In salz burgensi ecclesia iam a multo
tempore religiosi extiterunt episcopi.
ex quibus unus. nescio utrum huius
qui nunc est siue eius qui ante eum
fuit. predecessor esset. infirmorum
seu leprosorium lares studiose etiam
quos per semetipsum uisitauit. Die
quadam tuguriolum quoddam intras
et leprosum ut ei uisum est hominem
in ea lecto decumbentem ac gementem
reperiens: si aliquid uellet requisitum.
Cui cum ille respondisset. corpus cristi
desidero: episcopus festinus abiit et
attulit. oris leprosi qui ualde horri
dus uidebatur. cum cautela qua po
nit inmisit. Ille uero ad comproba
dam antistitis fidem. antequam inas
ticasset eucharistiam nauisem simu
lauit: et cum uomitu quod sumpse
rat. reiecit. Episcopus uero terribus
manibus mento eius suppositis.
crebras recepit inuidias: quas sta
tuit in os mittens sumpsit ob hono
rem sacramenti. Postea cum eundem
leprosum uisitare uellet et non inue
niret: dictum est ei a circumstantibus
quod multo tempore in eadem domucula
nullus habitasset leprosus. Et cog
nouit ut deo plenus. tum ex testimo
nio referentium. tum ex gratia ex pda
sumptione percepta. quia ipse esset
qui multis modis electorum suorum con
stantiam comprobare consueuit.

Hec dicta sunt de christi persona. Porro de
illius resurrectione atque ascensione.
nullas intellexi uisiones relatu dig
nas nisi solam: si tamen uisio dicitur po
test. **De odore aromatico in nocte sctae**

Sacerdos pasche. xxxiiii.
Quidam de heisterbach sicut ipse
nichil retulit cum anno preterito in
sacratissima nocte pasche staret ad
matutinas: finito duodecimo respo
sorio. et ymnis. Te deum laudamus ince
pto. tantam circa se sensit flagranti
am aromatum et per tantam mira
mirationem ut miraretur quid esset uel unde esset.
Cui cogitationes sue dicebant. Non
est aliunde odor iste aromaticus. nisi
ex presentia sanctarum mulierum. de
quibus tota nocte cantatum est: quia
uenerunt cum aromatum: ut ungerent
ihesum. **No.** Cum resurrectio passione
dignior sit. quid est quod tante reuela
tiones habentur de illa: et tam pauca
de ista. **Moni. De passione domini nostri.**

Primo hoc ascribendum xxxv.
est humilitati christi: ne uideatur
uacillanter manifestare ea que egit
gloriose: et suppressere illa que per
tulit ignominiose. Deinde. quod nullum
est sacramentorum quod tam efficax
sit diuini amoris incentiuum: quo
modo obprobria passionis. Apосто
lus se nichil dicat scire nisi ihesum christum:
et hunc crucifixum. Ergo christi passio
eius fuit lectissima. **O** quantum desidera
bat iob legere in libro passionis christi:
quod dicebat. Quis michi tribuat au
ditorem ut desiderium meum omnipotens au
diat. et librum scribat ipse qui ui
ditat: ut in humero meo portem et

circumdedit illū quasi coronā michi.
Liber uite xp̄e est. sedm̄ iohannē
 septem signaculis signatus: in quo ut
 ait paulus est salus. uita. et resurrec
 tio n̄ra. quem apli cū multa gloria
 miraculorū. quasi coronā portauerūt
 per uniuersū mūdum. Quem cum
 primo obtulissent sacenti litteras.
 id est iudeo. et respicisset eum tanquā
 signatū: obtulerūt illum nescienti
 litteras. scilicet gentilitati. et cum
 intelligere non posset exposuerūt
 ei: sicut philippus eunuchō. **L**iberū
 hūc xp̄e ih̄c ip̄e scripsit: quia pro
 pria uoluntate passus est. **I**n pelle
 siquidem eius corporis scripte erāt
 littere n̄mores et nigre. per liuidas
 plagas flagellorū: Intere rubee et
 capitales. per infixiones clauorū:
 puncta etiam et uirgule. per punc
 tiones spinarū. Bene pellic eadem
 peritus fuerat multiplici persecuti
 one punita. colaphis et sputis
 cretata: arundine lineata. **Novic**
Gauded me cum fructu didicisse qd̄
 ignorauit. **Mo.** Dicam tibi nunc a
 liquas uisiones sp̄s s̄i. **Mo.** Peto
 ut prius expedias me de sp̄u s̄o: et si
 sit differentia inter ip̄m et spiritum
 quē xp̄e in cruce emisit. **Mo.** Hoc
 faciam ip̄o adiuuante: et hoc quāto
 copiosius potero. **De sancto spiritu.**

Spiritus sanctus . xxxvi.
 deus est. tertia in trinitate per
 sona: a patre filioq; procedens eter
 naliter: ip̄s consubstantialis: eius
 dem sapientie atq; potentie. **V**nde in
 psalmo. **V**erbo d̄ni celi firmati sūt:
 et spiritu ceis eius omnis uirtus eor.

Quod sp̄s sanctus a patre procedat:
 dicit filius. **N**on est uos estis qui
 loquimini: sed spiritus patris uiri.
Item. **Q**ui a patre procedit. **Q**uod a
 filio procedat testis est apl̄s dicens.
Misit deus sp̄m filij sui in corda n̄ra.
Ip̄e etiam sp̄s sanctus ubi uult spi
 rat: sanctus. multiplex. unicus.
 subtilis. modestus. disertus. mo
 bilis. incoinquinatus. certus. sua
 uis. amans bonū actum: qui ni
 hil uetat benefacere: humanus.
 benignus. stabilis. securus. oem̄
 habens uirtutem: omnia prospici
 ens: et quia capiat omnes spiritus
 intelligibiles. mūdus. subtilis. **C**u
 ius uaria dona cū apl̄is enume
 rasset: sic conclusit. **H**ec autē oīa
 operatur unus atq; idem spiritus
 diuidens singulis prout uult. **I**n
 ter hunc sp̄m s̄m. et eū quē xp̄s
 in manus patris moriens comen
 dauit: tanta est differentia quāta
 inter creaturam et creatore. **N**am
 spiritus ille anima xp̄i intelligit
 que a corpore eius separata est per
 mortem: quod de spiritu s̄o dicitur
 nephas est. **Mo.** **S**ub quib; specie
 bus spiritus sanctus solet p̄niam
 suam mortalibus manifestare.
Mo. **D**uas tantū species reperio
 sub quib; in nouo testamento uisus
 est. **I**n columba uisus est sup̄ xp̄m:
 in lingua igneis super apostolos.
Nec hoc sine causa. **S**eptem enī
 naturales uirtutes habet colum
 ba. que auis est simplicissima: per
 quas dona sp̄s s̄i multice designantur.
In igne calor est et splendor: et sp̄s

sanctus igitur per amorem. illumina-
 nat per scientie operationem. **Noni**
 penitenti mee satisfactum fateor per
 sententias: nunc precor ut si aliqua no-
 sti exempla subiungas. **Mo.** Quibus
 temporibus in columba ex igne uisus
 sit: uerissimis tibi pandam exem-
 pta. **de conuerso qui uidit columbam
 super caput domini hermanni prioris.**

Qum dominus hermannus **xxxvii.**
 abbas esset in hemerwode. et
 in sollempnitatibus interim dum
 chorus Te deum laudamus decanta-
 ret. circumiret ad fratres commone-
 atos secundum consuetudinem in chorum
 conuersorum diuerteret. henricus con-
 uersus cuius memini in distinctione
 quinta. capitulo quinto. uidit columbam
 candidam de cruce que erat super
 altare conuersorum. in uertice ipsius
 descendente. Vbi multum quiete se-
 debat: donec circuitis uniuersis de
 choro exiret. Tunc auolans reuer-
 sa est super crucem. Primo uero ex-
 pleto. cum inciperet lectionem euuan-
 gelicam: eadem auis sacratissima
 uolauit supra quandam columbam
 analogo proximam illic sedens et au-
 scultans: sacre quoque lectioni aurem di-
 ligentius adhibens. Que perlecta:
 rursum rediit ad crucem. Et restat
 est idem conuersus sepius in festiui-
 tatibus se eandem uisionem uidisse.
 Quotiens inquit chorum intrauit con-
 uersorum. et coram altari profunde
 ut ei moris est inclinauit: mox co-
 lumba predicta crucem deserens. ca-
 piteius insedit. In quo statim tan-
 tum creauit strepitum percussione

alarum: tantum splendorem intore pe-
 narum: ut ab omnibus potuisset au-
 diri et ab uniuersis uideri. si illis da-
 tum fuisset. Puto conuersum hunc
 eundem fuisse. qui uidit supra ta-
 put nouici cum in monachum benedi-
 ceretur columbam. sicut dictum est
 in distinctione prima. **de monacho
 in cuius capite uisa est columba dum legeret**

Qum in euangelium. **xxxviii.**
 eadem domo monachus quidam
 inuenis euuangelium legeret in con-
 uentu. predictus henricus columbam
 candidissimam super caput eius desce-
 dere uidit: illic quiete residens usque
 ad finem euuangelii. Fuerat enim idem
 monachus ibi hospes: et tam bone
 uite ut tanta gratia dignus habe-
 retur. Processu temporis cum factus
 fuisset sacerdos: quidam monacho
 ex fratribus eius sacerdos quidam
 secularis dicebat. Ego frequenter
 uideo columbam super caput illius
 monachi. qui missas celebrat. Non
 tamen puto cum aliquo missae eius
 interfuisse corpore. sed spiritu. Est
 enim uir religiosus. multas habens
 reuelaciones a deo. **Ro.** Quid senti-
 endum est de huiusmodi columbis?
Mo. De hac questione quantum
 potui expediui te in distinctione se-
 cunda. capitulo quinto. loquens de sacer-
 dote fornicatore. cui columba sacra-
 mentum altaris tulit: et post peni-
 tentiam restituit. Signum est adue-
 tus spiritus sancti columba. Si nichil fuisse
 diuini in predictis columbis. etiam
 alii eas uidissent. **Noni** Hoc satis
 credibile est. **Noni** Quae autem spiritus sanctus

etiam in igne puritatem suam quoadque
manifestat: audies in distinctione
nona, capitulo tricesimo quarto. Quia
iam plures uisiones tibi retuli de christo.
quasdam etiam de spiritu sancto: una
tibi adhuc dicam de sancta trinitate.
**De scimoniali cui mentaliter ostensum est
sacramentum sancte trinitatis. xxxix.**

Non est diu quodam scimonialis
ordinis uiri, dum in quadam
die diuina ad primam staret, et chorum
psalleret fidem athanasii: illa de
mysterio summe trinitatis cogitans,
mente excessit. In quo excessu tanta
ei sunt reuelata de illa summa et eter
na trinitate: ut suo confessori illa,
sive modum eiusdem uisionis expli
care non posset. Ecce sic copiose dominus
uisioni uire condescendit. Ipse est quem
iacob in sompnis uidit in throno stantem.
Angeli uero ascendentes sive descende
tes, sunt ceteri ut dictum est ordines ci
uium celestium: descendentes nobis ap
parendo: et ascendentes se nostris uisibus
subtrahendo. Ipse enim suum corpus christi
et membra. **Pro.** Qua similitudi
ne. **Mo.** Similitudinem tibi dicam
satis manifestam. **Qua similitu
dine electi dicantur membra christi.**

Caput christi deus: caput
ecclesie christus. Oculi christi sunt an
geli: semper faciem patris uiden
tes. Aures eius patriarche, legen
dei audientes. Nares christi sunt pro
phete: que futura erant procul odo
rantes. Os eius apostoli: que ab ipso
uiderunt et audierunt mundo predi
cantes. Barba christi sunt iustes: for
titudinem mentis quam barba de

signat, in suis tormentis ostenden
tes. Uera christi sunt confessores: uer
bo et exemplo infirmos nutrentes.
Venter eius uirgines et continentes,
fructui carnis amorem castitatis
anteponentes. De his sponsa dicit
in canticis canticorum dilecto. Ven
ter tuus eburneus, disinctus sa
phiris. Ebur quod frigidissimum est
designat castitatem: saphirus uero
qui aurei coloris est perfectionem
uidualem. **Pro.** His non inuoluntate
premissis: precor ut singulis ordi
nibus si quas nostri subiugas uisi
ones. **Mo.** Hoc libens faciam et
hoc primo de angelis. **Novimus.**

Quod sunt **De angelis. xli.**
Ordines angelorum. **Mo.** Flo
uim, Angeli, archangeli, uirtutes,
potestates, principatus, domina
tiones, throni, cherubim et seraphim.
Dicuntur autem angeli, id est ministri:
quia diuinam uoluntatem suggeren
do nobis ministriant. Quilibet homo
habet angelum sibi a deo deputa
tum ad custodiam, ab hora uacua
tatis usque in diem mortis: quorum
ministerium quantum sit hominibus
necessarium, quibusdam tibi pau
dam exemplis. **De uirgine que per
anglim a stimulo carni liberata est. xlii.**

In francia uirginem quendam religi
osam et inclisam, sathanas gra
uissime per stimulum carnis cola
phisauit. Illa nesciens uicium
in infirmitate perfici: uigiliter cum
multis lacrimis deum rogauit,
quatinus eius pietate a tam in
mundam temptatione mereretur li

berari. Cui cum quadam die oranti angelus dñi apparuisset uisibiliter, dixisset ei: uis ab hac temptacōe liberari. et respondisset illa. uolo dñe uolo; celestis nūctus subiūxit. **Dic uersiculū istū psalmi. Confige timore tuo carnes meas a iudicijs em̄ tuis timui; et liberaberis. An** gelo uero recedente uel potius dispa-
 rente. illa uersiculū tetigit: et mox temptacō cessauit. **Altra res. Fu** gato spū fornicationis. statim ac-
 cessit spiritus blasphemie; a quo tanto fortius quāto periculosius. temptabatur. **Cepit em̄ de deo. et** fide xp̄iana. Tunc magis quā prius
 misericordiā dñiā inuocans; se a tam nephanda temptacōe li-
 berari cū lacrimis orabat. Tunc angelus dñi secundo ei apparet
 ait. **Quomō habes modo soror?** Respondit illa. **Numquā peius do**
 mine. **Et angelus. Ducas te posse** uiuere sine temptacōe? **Necesse ē**
 ut alterā istarū habeas; elige quā uolueris. **Ad quod uirgo respondit.**
Dñe si sic necesse est; eligo primā temptacōem. **Iacet em̄ fuerit inuē**
 da; humana tamen erat. **Ista uō** quāti nūc patior. **prolus dyabo**
 lica est. **Cui angelus. Dic uersicu**
lū istum. Feci iudiciū et iustitiam ne tradas me calumpniantibus me; et liberaberis. **Quod cū fecisset**
 post angeli discessum; blasphemie sp̄ eam deseruit; et stimulū carnis
 recepit. **No. Quis tibi uidetur** angelus iste fuisse? **No. Cui**
 ut puto proprius; qui illā malu

it in carne tribulari. quā non me-
 rer. **Temptacō em̄ custos est hū**
 litatis. et materia exerceñde uir-
 tutis. **Virginitas et eis qui non**
 peccauerūt. inanis gloria atq; su-
 perbia importuniores esse consue-
 uerūt. **Em̄ sollicitate s̄i angeli sibi**
 commissorū opera bona consideret.
 ut deo illa representent; subsequēs
 sermo declarabit. **De conuerso q̄ aglm̄**
frequēter uidit et dicendo grām pdi
Conuersus quidā dicit. xliii.
 de hēmenrode cuiusdā ciuitē
 domus grangie magister erat; uir
 bonus ac disciplinatus. **Iuxta hūc**
 cum erit ad opera manūū siue
 ad negocia domus sue; alius quōdā
 conuersus simplex angelū dñi fre-
 quēter ambulante uidit. **Quod**
 cum retulisset dño hermano abba-
 ti suo; referenti respondit. **Quia**
 uisionem retulisti; nūquam an-
 gelum de cetero uidebis. **Quod ita**
 factum est. **No. Non uidetur mi**
 chi frater iste deliquisse. si sibi di-
 uinitus reuelata. abbati proprio
 manifestauit. **No. Satis puto q̄**
 non absq; aliqua cordis iactantia
 conuersus eandem uisionem reti-
 tauit. **Et quia abbas hoc conside**
 rauit; quod futurū erat predictū.
Est em̄ uir prudens et literatus;
 ante conuersionē sanctorū aposto-
 lorū in colonia decanus. **No. Cū**
 quilibet homo duos angelos ha-
 beat ut dicit sibi deputatos. bonū.
 ad suggerendū bonū. et malum.
 ad suggerendū malū. quid est q̄
 tam facile hominis uolūtas āgelo

malo consentit ad peccatum: Est
ne bonum in consilijs efficacior: et
ad uim inferendam ualencior?

No. Quid operetur angelus cum hoies
icet. siue uolunt siue malus. rñm
homo habeat angelum bonum
ad custodiam, et malum propter ex
ercitium: neuter tamen illorum uolu
tati humane vim inferre ualeat;
ut propter illius consiliu uolenti
ter inclinetur ab bono. siue ob hu
ius suggestionem trahatur ad malum
Contulit deus homini liberum arbi
trium. **Non** Quid est liberum arbitri
um? **Non**. facultas uoluntatis et
rationis, qua eligitur bonum assis
tente gratia malum uero desistente
gratia. Liberum dicitur, propter uo
luntatem que libera est et sine ne
cessitate: arbitrium, propter rationem
que ea que uoluntas appetit arbi
tratur et discernit. Et licet ratio
sepe uoluntatem sequatur ad peccati
consensum: nunquam tamen approbat
malum. Quero uoluntas tam pro
na est ad peccandum: causa subest.
Habet enim dyabolus duos satelli
tes, etiam se crudeliores, quibus illa
impellitur, fomitem scilicet carnis
quem scriptura uocat tyrannum, et
mundum. Caro concupiscit: dyabolus
concupita incendit: mundus incensa
ne extinguitur se obicit. Ex peccati
fomite multa oriuntur uicia: dy
abolus multa sibi assumit subsi
dia: mundus innumerabilia offert
oblectamenta. Erat curus et equos
regis syrie: id est dyaboli: missi ad
capiendum helyseum, id est iustum.

Quibus uisis id est in circuitu tuo
consideratis: si clamaueris cum
ministro helisei. heu. heu. heu dñe
mi quid faciemus: uoce prophete
tica tibi respondeo. Noli timere:
plures enim nobiscum sumus quam cum
illis. Aperi oculos tuos et uide. Ha
bes intra te rationem contra carnis
fomitem: circa te angelos contra
dyabolum: turbam contra turbam
Et ecce inquit mons plenus equo
rum, et curruum igneorum: id est cus
todiam non unius sed multorum
angelorum in circuitu helisei, id est
hominis electi. Contra carnis in
centiuam: opponit uirtutes natura
les. Habes super hec omnia gratiam
diuinam: que mox ut menti tue
si in peccatis fueris infunditur: car
nis incentiuam restringit: dyabolum
retundit: mundi gloriam ubi in o
diu uertit. Hoc etiam scias quod quida
facimus sine instructu ueriusque
angeli. Que si bona fuerint: am
plius in eis mereamur: si mala. peccati
demeremur. **No**. Satis de his ex
peditus sum: nunc quod residuum de
uisionibus angelicis nosti michi
manifesta. **non**. Quas animas sibi
commissorum deo represententur: ex hoc
quod sequitur poteris probare. **de**
lorox xpina quidit angelu pntam
Sorox xpina re aiarum. **elb**.
de uoluntate sanctimonialis
in bergis. cur in superioribus memi
ni, tante fuerat perfectionis: ut ex
pris uita esset in tedio: et mors in
desiderio. Tempe quoda quadra
gesimali cum se in proximo pascha

putaret esse mortuam. mente excedens
 capta est in locum amantissimum: hanc
 dubium quoniam in paradisi. In quo
 uidit altare miri decoris. et ante al-
 tare multe reuerentie personam:
 cuius pulchritudo inestimabilis erat
 nimis. Quam cum interrogasset
 que esset. uel cuius officii: respondit
 Ego sum archangelus qui puto
 animas ante deum. Et illa. Numquid
 dicit et animas de ordine nostro prese-
 ras? Etiam inquit. Quoniam in ordine
 tuo bene uiuentium animas mona-
 chorum uidelicet conuersorum et scilicet
 malium: ego puto ante deum. Et adiecit
 Non modo morieris: sed in proximo
 pascha. Quod ita factum est. Nam cum
 per aliquot dies egrotaret. et pene
 cotidie comunicaret. in agonia po-
 sita uicini sibi dari petiit: cum quo
 nondum plene masticato. spiritum
 reddidit celo. Cum esset adhuc in p-
 ducto mentis excessu uenerabilis
 uirgo xpiana: uidit super altari mi-
 tram magni decoris pendente. Et
 cum requireret de angelo quid futu-
 rum esset de anima cuiusdam sacer-
 dotis quem specialiter diligebat cuius
 tunc recordabatur: respondit. Cum
 obierit: mitra hec capiti eius imposi-
 ta. ante dominum illum representabo.
Ro Quem putas angelum istum
 fuisse? **Ma** Sanctum michaeli:
 qui ut dicit auctoritas prepositus est
 paradisi. Ceteris enim angelis dilige-
 ntior est circa genus humanum. Unde
 in dante legitur fuisse princeps
 filiorum israel. Hinc est quod suam memo-
 riam in terris haberi uoluit: ut ab

hominibus de quorum salute semper sol-
 licitus est agnosceretur. diligeretur
 et obsequiis ueneraretur. **Novic**
 Quid si in aliquo loco sibi deputato
 nimis ueneratur? **Mo**. In et mi-
 nora eius beneficia experiri: ita
 ut aliqui etiam presentia hinc inde
 recedere uideatur. secundum testimonium
 subsequens uisionis. **De hominibus qui
 uiderunt reliquias montis gudensbergi
 et insigne i. stroberg. xlii.**
So tempore quo dominus theodericus
 coloniensis archiepiscopus qui adhuc su-
 per est castrum in gudensbergi edifi-
 cauit: sacerdos quidam religiosus
 a colonia rediens cum monti iam dic-
 ti nominis propinquasset: sanctum
 michaeli archangelum in specie huius
 nota. de eo in uicini montem qui
 Stromberg dicitur in quo memo-
 ria est huius petri principis apostolorum.
 alis extensis uolare conspexit. Eodem
 tempore homo quidam theodericus
 nomine: de uilla propinqua cum uxor
 ad ecclesiam properans de predicto
 monte capellam cum reliquis quam
 sepe uiderat. super Stromberg per
 aerem diu uidit. Immo illam uiderunt.
 et usque hodie testes sunt tante uisionis.
Si michi minus credis. interroga
 dominum wilhelmum sacerdotem de Strom-
 bergi. qui se ab illorum qui hec uiderunt
 audiuisset testatur: et dicit tibi. ha-
 bebat enim et adhuc habet sanctus
 archangelus in gudensbergi uel
 ut alij dicunt in wudensbergi. eccle-
 siam: nomen suo consecratam. Et
 cum esset mons idem fortis satis.
 et ad muningen prouincie huius situs

nullus tamen in eo castrū edifica-
re presumpsit: quia hoc non posse
fieri ob predictam memoriā ab in-
colis referebatur. **P**redictus uero
theodericus huiusmodi uerba non
attendens. et castrū in eo edificans:
antequā muros eius perfecisset de-
positus est. Nec miror si ab eodem
castro angelica recesserūt subsidi-
a: cui⁹ omnia pene edificia ex usu-
ris cuiusdā iudei quem prefatus
ceperat ep̄s sunt constructa. **Q**m̄
potenter sanctus michael elector
animas in exitu ab inimicis dese-
dat: audies in distinctione duode-
cima. **N**on solū bt̄s michael cū
ceteris celestis milicie exercitiis
fideles protegit cū moriūtur: sed e-
ciam in p̄nti ab hostibz uisibilibz.
*de militibz tēpli quos pagāi uidē nō
potuerūt dū horas dicerent. clvii.*

Non est diu q̄ sex milites tēpli
in uicina sarracenorū horā
quādam canonicam prostrati di-
cebant. **E**x inopinato paganus
superuenientibz. cum illi surgere
uellent et fugere: magister eis in-
iuit ut iacerent. **M**ira res. **V**ideret
celestis ostenderet. quātū ei ingri-
fides et discipulorū obedientia pla-
ceret: angelos suos misit. a quibz
infidelū turba prostrata est: q̄dā
capta et plures occisi. **C**umqz eos
quos angeli uirerāt templary cō-
prehendissent. et illi dicerent: ubi
est exercitus quē dudū uidimus
a quo capti sumus et occisi: **R**espo-
derunt. **Q**uando necesse habentis
ueniūt nobis in auxilium: qm̄ non

indigemus. reuertuntur in taber-
nacula sua. **I**ntellexerant enī sc̄os
angelos illos fuisse quos ip̄i uidere
non potuerūt: qui laudantibus
deum semper assunt. **I**p̄i reuera
sūt castra dei: qui iacob cū timore
reuertēti in terrā suā uenerūt in
auxiliū. **V**enerūt qz ei in dicit scrip-
tura obuiā angeli dei. **Q**uos cum
uidisset: ait. **C**astra dei sunt hec. **I**s-
miraculū cum recitatu fuisse re-
gi philippo. in castris cū rediret de
obsidione colonie: respondit. **C**erte
si habuissem. legem pone. in ore. ego
psalmū reliquissim: et fugissim.
Hec dicta sunt de uisionibus an-
gelorum. **P**orro de uisionibus pa-
triarcharū atqz prophetarū pau-
ca dicere habeo: quia rarius sc̄s
nouī testamēti apparēt. **N**o. **Q**ue
sit causa illius raritatis: qui etiā
fuerint patriarche. qui prophete
et quare sic dicti: precor ut edisse-
ras: demde si quas nosti uisiones
de illis subiūgas. **N**on. **Q**uanto
breuius potero de requisitis te expe-
diam. *de patriarchis et prophetis.*

Patriarche sunt uiri. *clviii.*
iusti et gloriosi. cum quibus
locutus est deus: abraham scilicet
ysaac et iacob. et alii qm̄ plures qui
illos tempe et precedebant et seque-
bantur. **D**icuntur autem patriarche
quasi patrū principes: eo q̄ alijs
facti sint uia recte credendi et norma
bene uiuēdi. **H**orū successores exi-
terūt prophete. et ip̄i uiri magni
et inchi: qui xp̄i sacramēta ex ec-
clesie. et si qua alia futura erāt. tam

perspicue preuiderunt ac predixerunt
 ac si oculis eorum corporalis fuissent ob
 iecta. Unde quidam illorum dicebat.
Non faciet dominus uerbum super terram:
 quod non prius reuelat seruis suis
 prophetis. Prophete fuerunt, ysai
as, ieremias, ezechiel, daniel, et duo
decim prophete: qui etiam ea que pre
 uiderunt uel predixerunt, scripto per
 petuauerunt. Unde prophete dicti
 sunt uidentes, uel significantius
 prophete dicuntur quasi prefatores,
 uel quasi procul fautes id est alo
 ge. Quare autem rarius apud si
 martibus, nobis appareant: causa
 esse uidetur, quod respectu iam dictorum
 ordinum modica et pene nulla est
 illorum memoria apud ecclesiam
 latinorum. Greci uero in natalibus
eorum sollempnitatem: et ideo forte
 sepius illis apparent. De sancto ioha
 ne baptista cuius memoria celestis
 est per uniuersam ecclesiam: ali
 quas uisiones subiungam. Ipse enim
 nouissimus prophetarum: et
 plus quam propheta. Nam lex et pro
 phete teste dominus usque iohannem. **De**
monacho clareuallis qui sanctum iohannem bap
ti clareualle iustam diligit. clix.
 monachus quidam uiuens est etate
 iohannes nomine: mirus dilector
 sancti iohannis baptiste. In die siquidem
 natiuitatis illius est natus: et
 ob hoc a parentibus iohannes uocat.
 Supra reliquos sanctos illum diligit:
 et quotiens aliquid ad ipsum pertinet
 psallitur, ut est canticum patris eius
 zacharie, ibi uocatus penitus non parcat.
 Nocte quadam cum idem canticum

cum choro cantaret et uentum fuisset
 ad illum uersiculum, et tu puer propheta
 altissimi uocaberis, sacerdos quidam
 stans in choro opposito flammam de
 capite eius surgere uidit. Vocatur
 enim wilhelmus, estque sacerdos religi
 osus: cui multa diuinitus reuelan
 tur. Qui dictis matutinis dominum si ge
 rum adijt: et quid de fratre iohanne
 uiderit exposuit. Quem statim uo
 cauit prior dicens. Dic michi bone
 frater iohannes, quid cogitasti in lau
 dibus quam inchoatum est canticum, ben
 dictus dominus deus israhel. Cui ille res
 pondit. Credite michi domine: ego cogi
 tauit si esses in celis uox tua nunquam
 inuicesseret: et semper deum lauda
 res cum angelis. Et prior. Quid
 habuisti in corde infra istum uersicu
 lum: et tu puer propheta altissimi
 uocaberis. Ad quod iterum respon
 dit. Ita accensus est cor meum in illa
 hora ad memoriam sancti iohannis,
 quem ualde diligo: ut uite me capere
 possem pro gaudio. Et cognouit
 prior quod flamma eadem signum fuis
 set uehementissimi amoris de corde
 adolescentis in celum ascendentis.
 Anno preterito uisio hec a predicto
 priore clareuallis priori de hennen
 rode recitata est: a quo ego didici.
De sanctimoniali eiusdem prioris dilect
retulit michi trice. Cap. 1.
 Beata cunungardis, magistra
 de insula sancti Nicolai anno pre
 terito, cuiusdam sanctimonialis
 bene sibi note miram dilectionem
 erga predictum dominum precursorem.
 Plus omnibus sanctis illum dilexit

Nec sufficit ei de illo cogitare: illum
 obsequijs et orationibus honorare: co-
 soribus illius prerogativas predicare:
 quoniam etiam ad perpetuandam illius me-
 moriam uersificaretur de eius annu-
 tiatione natiuitate et gaudio pare-
 tum. **V**ictorata siquidem fuerat: et
 ideo uersibus prosequi studuit. quid
 quid de illius sanctitate legerat. **O**es
 etiam personas seculares cum quibus
 loquebatur: monuit et rogauit:
 ut liberos suos iohannem uel zacha-
 riam nominarent: feminas uero
 elizabeth. **C**umque moritura esset.
 iohannes monachus de hēmenrode
 eam uisitauit. **S**ciensque eius af-
 fectum circa sanctum iohannem. ait.
Matertera cum fueritis defuncta. quod
 letum nullam uultis ut primum can-
 tem pro anima uestra: pro defunctis
 aut de sancto iohanne baptista. **A**d quod
 illa sine omni dubitatione respon-
 dit. **D**e sancto iohanne: de sancto iohanne
Cumque ad extrema puenisset: co-
 pata sorori sibi seruienti ait. **V**ade
 soror super solariū et quiesce mo-
 dici. **Q**uod cum fecisset et leui sopo-
 re quiesceret: huiusmodi uocem y-
 sompnū audiuit. **Q**uid hic iaces?
Sanctus iohannes baptista inferi-
 us est cum sorore hildegunde: hoc
 illi nomen erat. **A**d quam uocem
 sanctimonialis expergefata. neg-
 lectis uestibus in camisia descen-
 dit: et iam illam exspirasse inuenit.
Circa quam tam suauissimus
 odor erat: ut non dubitaret illic
 adesse presentiam sancti iohannis.
 qui animam sue dilectricis choris

sonaret angelus. **N**arrauit michi
 et aliam uisionē: ista adhuc iocūdio-
 rum. quam sibi a magistra domus
 in qua uisa est dicebat esse recitata.
De duabus sanctimonialibus contendentibus pro
 sancto iohanne baptista atque euuangelista.
Due sanctimoniales **Cap. li.**
Duere et adhuc sic ut puto i-
 lutere monasterio dyocelis traierē-
 sis. ex quibus una specialiter dili-
 gebat sanctum iohannem baptistam:
 altera uero sanctum iohannem euuange-
 listam. **D**ue quotiens conueniebāt
 inter se de illorum maiouitate contē-
 debant: ita ut magistra quibus uix
 posset eas compescere. **I**lla omnia
 priuilegia dilecti sui in mediū pro-
 ponebat: cui ista sui dilecti prece-
 gatiuis ualide obuiauit. **N**octe
 quadam ante matutinas sanctus
 iohannes baptista sue dilectrici in
 sompnis apparens: sic ait. **S**oror:
 noueris sanctum iohannem euuange-
 listam. me maiorem. **N**umquam
 homo castior fuit illo: mēte simili
 et corpore uirgo. **I**psum christus ad apol-
 tolatum elegit: ipsum ceteris apostolis
 plus dilexit: ipsum gloriam sue trans-
 figuracionis ostendit. **I**pse bñssi-
 mus in pectore ihu in cena recubu-
 it: ipse morienti assistit. ipsum uirgi-
 ni christus uirgo matrem uirginem
 commendauit. **I**pse ceteris euuange-
 listis altius uolans. et oculos mē-
 tis in eorum diuinitatis plenius
 defigens: euuangelium suum sic exor-
 sus est. **I**n principio erat uerbum.
Scripsit et apokalypsim: quam
 nihil in celestibus figuris oblatius

est. Plurima etiam pro xp̄o passus
est tormenta: flagella, feruens, ole
um, exilia. Ecce propter ista et alia
sua multa priuilegia: maior est
me et dignior. Mane ergo uoces so
corum tuam ante magistrā: et
prostrans ante pedes illius pete ut
ignoscat tibi, q̄ totiens eam exacer
basti mei causa. Que ad signa ma
tutinalia expegefacta: de tā clara
uisione cogitare cepit. Dicitis uēo
matutinis, cū se altera sopori de
disset, sc̄us ioh̄anes euuangelista
per uisū affuit: et sub sensu uer
borū horum suam allocutus est
dilectricem. Soror: sc̄as h̄m ioh̄a
nem baptistam longe maiorem
esse me. Inter natos mulierū teste
xp̄o non surrexit maior illo. Ip̄e pro
pheta et plus q̄m propheta. Ab ā
gelo est ānūciatus: et a sterili ma
tre contra naturā conceptus. In e
remo sine omni peccato cōuersat.
Quod de me dici nō potest: qui lu
cris inhians, inter seculares

seculariter uitei. Saluatorem
quem in utero agnouit, inter tur
bas ad se uenientē digito demonstra
uit: et in iordane sacris manibz
baptizauit. Ip̄e oculos uidit ap̄tos,
patrem audiens in uoce: filiū ui
dens in homine: sp̄m sc̄m in specie
columbe. Tandem pro iusticia m̄
trizatus est. Ergo me maior est.
Vnde hodie uocare debes sororem
tuam ante magistrā tuam, et
prostrare te pedibus illius: sic
q̄ tam rogare ut tibi ignoscat, q̄
totiens illam exacerbasti, me con

tenione precursori d̄m preferēdo.
Mane singillatim ad magistrā
ueniūt: quid uiderint exponūt.
Tūc simul se prostrantes, et ab in
uicem ut eis iussim fuerat ueniā
postulantes: mediante matre spi
rituali reconciliate sūt: monente
illa ne de cetero de meritis sanctorū
contenderēt, que solo deo nota sūt.
No. Satis me edificat tanta in
sup̄nis ciuibz humilitas. **Mon.**
Nulla q̄ntū ex presenti uisione col
ligere poteris, in regno celozū de ma
ioritate premiorū est contento: q̄a
illic teste ap̄lo omnis euacuatur
prelatio. Hoc tamen sc̄as q̄ sicut
ciues superm uisitant cū multa
consolatione se diligentes: ita q̄m
cū inuentione et plagis se contemp
nentes. **de canonico uinense quem
sc̄s ioh̄es baptista truxit. Iij.**

Canonikus quidam erat in
Ecclesia uinense qui frequēter
cum sodalibz suis moniales in dit
kirchen solebat uisitare. Nec erat
in eadem uisitatione aliquid religi
ositatis: sed leuitatis et periculum
animarū. Quociens enī cum oport
tebat intrare claustrū per monas
terū quod in honore sc̄i petri et sc̄i
ioh̄anis baptiste dedicatū est, transi
bat erecto collo: nec una quidē uice
coram altaribz caput inclinās. No
te quadam uenerabilis baptista,
in sompnis illi apparens, et toruo
vultu in eū respiciens: sic ait. Et tu
inque totiens per oratorū meum
transiens, nūquā aliquid michi ex
hibuisti honoris: ut saltem uel una

uice ceruicem flecteres coram altari
meo. Teuansq; pedem tam ualide tru-
sic eum in uentre: ut tam ex terrore
inreparationis. qm̄ ex dolore tun-
sis euigilaret. Ab illa em̄ hora cepit
infirmari: et paulatim itumescere
uentre ydropicus fieri. sicq; uadens
donec in ualescente morbo inorexit.
Et si uis scire iohānes erat nomen
eius. forte ex hoc ipso scis amplius
turbabatur: q̄ ipsa nominis eius
equiuocatio nichil memorie nichil
reuerentie cordi eius impresserat cir-
ca ipm̄. **Ro.** Cui maior sit p̄fctio
patrie qm̄ ure. quid est q̄ sc̄i tam
diu suas iniurias uindicant?
Mo. Voluntas comprehensorū sic
diuine uolūtatī unita est: ut nō
possint aliud uelle. nisi quod illum
nouerint uelle. Viatores uero pro
im̄m̄is tenentur orare: illiq; diui-
ne iusticie consentire. **Mercureus**
marte iulianū iam cū xp̄o regnās
occidit: qui in uia forte pro occisori-
bus suis xp̄m̄ exorauit. **Ro.** Pla-
cet quod dicit. Sed quid est queso
q̄ sanctus iohannes baptista quo
nullus maior est inter natos muli-
erū. tanta ludibria passus est in
morte: ut consilio adultere ad peti-
tionem saltatrix occiditur. **Mon**
Vt nullius iusti mors abhorretur
Adhuc em̄ idem maximus propheta
in suis reliquis ludibria cepertur.
de mercatore au meretrice uendidit
brachii sc̄i ioh̄is baptiste. liij.
Non est diu q̄ quidā mercator
terre nostre mare transiens. cū
brachii sc̄i iohānis baptiste. in eius

hospitali uidisset. et desiderasset: in-
telligens custodem reliquarū quā-
dam procarī feminā. sc̄isq; mi-
esse quod mulieres huiusmodi a
uiris nequeant extorquere: accer-
siens illam ait. Si feceris me habere
reliquias sc̄i iohānis baptiste. que
sunt penes custodiā amasurū: cō-
tum quadraginta libras argenti
tibi tradam. Illa oblatam pecuniā
sc̄iens: hospitalario consensū pre-
bere recusauit. donec sacri brachi-
um obtineret. Quod statim nego-
tatori tradidit: et predictū pondus
argenti recepit. **Cernis** quantū ludi-
briū. Sicut olim cepit sc̄i iohānis
baptiste ab herode pro mercede salta-
trionis traditū est lasciuie puelle. et
ab illa datū matri adultere: ita hoc
tempore brachii eiusdem dati est pro
nutuere fornicatoris. ab hospita-
rio non minus herode malo. turpi
feminæ: et ab illa uenditū merca-
tori. Quod ille non terre sicut her-
odias sed purpura inuolūens. adul-
teritū pene terre fugit: et ad ciuita-
tem gruningen que sita est in ite-
ritu fisisie puenit: domū in ea compa-
rauit: et in quadam eius colūpna
brachii occultans: ualde ditescere
cepit. Die quadam sedente eo in ta-
berna. cū ei quidā diceret. ecce ciui-
tas concrematur: et iam incendiū
appropinquat domui tue: ille res-
pondit. Domui mee non timeo:
bonū ibi reliqui custodem. Surrexit
tamen et domū intrauit: in qua
dum colūpniā timotam conside-
rasset. ad tabernā rediit: intrantibz

causis que nam esset causa tante
 securitatis. Interrogatus de custode
 domus sue, cum per ambages respon-
 disse: et hoc ipsum concives notare
 intellexisset; timens ne forte sibi vi-
 inferrent, brachium extrahens euidam
 incluse custodiendum commisit. Que
 secretum celare nesciens, euidam depo-
 situm prodidit; et ille civibus. Qui sta-
 tim reliquias tollentes, et ad ecclesi-
 am deportantes; depositori cum lacrimis
 sua repetenti, diuini responderunt.
 Quem cum interrogassent, cuius scilicet
 essent reliquie, se nomine nescire dix-
 it; nolens eis eas prodere. Et dolore
 tamen ciuitatem deserens et paupe-
 rem inueniens; non multo post
 infirmatus est grauissime. Qui
 cum mori timeret, cuius essent reliquie,
 et quomodo illas obtinisset; confes-
 sori suo patefecit. Quod ubi comp-
 tum est civibus, thesam argenteam
 et deauratam, gemasque preciosas
 ornatam, ad similitudinem brachii
 fecerunt; in ea reliquias reponentes.
 Ego ante hoc biennium idem brachium
 vidi; et est pelle et carne uestitum.
 Vidi ibi et crucem parua auream
 reliquiis refertam friderici impera-
 toris; que predicto homini cum brachio
 data fuerat. **No.** Cum sancto
 iohanne sanctorum nemo credatur
 esse maior; quid est quod nullum signum
 legitur in vita sua fecisse? **Non.**
 Ut dominus ostenderet sanctitatem non
 consistere in signis; sed in bona vi-
 ta. Post mortem enim signis claruit
 innumerabilibus et magnis. Predicta
 uero ciues reliquias sancti iohannis

inuenies, retro altare fecerunt domum
 culam ex tabulis satis firmam; in cuius
 cacamine noctibus sacerdotem dor-
 mire fecerunt. Sub quo prima nocte
 sic dominus conquassata est, ut non
 paruum ei horrore concuteret; secunda
 uero nocte dormientem excussit, in
 pavementum illum proiciens. Cumque v-
 nus ex potentibus de ciuitate infirma-
 retur, et theodericus ecclesie illius sac-
 dos ab illo rogatus, brachium in domum
 eius detulisset ac detudasset; tam
 brachium quam purpuram cui fuerat in-
 uolutum, reperit recenti sanguine in-
 fectum. Hoc michi retulit ore suo. Sa-
 cerdos ab eodem brachio in dicitum
 carnis presciciens cum illam in ma-
 nu occulte deferret, tantum sensit ar-
 dorem ex eo, ac si ignitum carbonem
 portaret. Multa siquidem signa
 ac sanitates per easdem reliquias
 in illa fuit ciuitate; meritis sancti
 iohannis baptiste. **de dente molari
 sancti iohannis baptiste. lxxx.**

Est apud nos in heylsterbach
 dens molaris et magnus, eius-
 dem precursoris domini tria habens cor-
 nua; qui qualiter apud nos deuen-
 erit et quid per illum apud nos ope-
 ratus sit dominus tibi recitabo. Cumque
 uastata fuisset ciuitas constantino-
 politana a cruce signata, et diuisi
 diuersa diripuissent; henricus mi-
 les de vlune inter reliquias preciosis-
 simas etiam iam dictum dentem sancti
 iohannis, tulit de ecclesia sancte sophie.
 Quem repatrians in terram dilexit, ut
 in castro suo oratorium edificaret; ibi
 eum condere uolens in altari. Quod

apostolū eligant. In duodecim can-
delis duodecim apostolorū nomina
singula in singulis scribuntur: que a
sacerdote benedicta simul imponunt.
Accidens uero femina cui nomen p
candelam extra hinc: illi plus ceteris
honoris et obsequij impendit.
In hūc modū cum quedam matro-
na sanctū andream extraxisset. et
non ei placuisset: reposita candelā
aliū habere uoluit: sed iterū idem
occurrit. Quid plura? Tandē trax-
it sibi placentem. Cui cū multū
exhibuisset obsequij. per omēs dies
uite: et ad extrema pueniens esset
moritura. nō illum sed beatū andre-
am sibi assistere uidit. En inquit:
ego sum ille despectus andreas. Re-
quocolligitur qd nō nūquā sancti
etiam ultra se ingerūt humane
deuotioni. Quātū beatus iste
apostolus se innocantibus occur-
rere ualeat: sequens narratio decla-
rat. **De pelle ursina scō andree quā
per quam mare furens sedatū est**

¶ Erant duo iuuenes. **¶** **Ivii.**
Iuxta ecclesiam scī andree ha-
bitantes: qui pro suis inercationibus
remotas prouincias petere solebāt
Tempore quodam cū profecturi es-
sent in norwegiam. frater reyners
monachus noster tūc scī andree in
colonia canonicus. sicut ipse michi
retulit. quūq; solidos illis dedit: pe-
tens ut ex eis compararent pellem
ursi albam quales regio illa gignit.
ad substratorū coram altari
sancti andree. Quod cū fecissent et
reuerterentur: tanta oras est in

uari tempestas. ut omnes mitte-
ret in desperationem. Hoc ideo scī
reor: ut dñs apli sui uirtutem ostē-
deret. Recordati uero predicti iuue-
nes pellem sancti andree. contra pro-
cellas intumescentes. uentos q; fre-
mentes. illam cum fide leuauerūt.
et ecce dñs meritis apli sui quēn-
de mari uocauit suffragantibus.
imperauit mari et uentis: et facta
est in ipā hora tranquillitas tam
magna ut omnes qui in nauī erāt
mirarentur. Reuertentes uero colo-
niam deuarios reddiderūt: pellem
brō andree gratis offerentes. collam
non imemores beneficij. **De hoīe p
sanctū iacobū a suspēdio liberatū.**

¶ Quis quidam de traetto. **¶** **Iviii.**
inferiori. cum filio suo ad scī
iacobū profectus est. Accidit si bene
memini ut in quodam loco hospes
eius nescio quid perderet: et suspi-
cionem de eo habens furtū illi coram
iudice ciuitatis imponeret. Quo
negante et dicente. deus mouit et
sanctus iacobus testis est me nūquā
fuisse furem neq; furis sociū. iudex
uerbis non credidit: sed suspendij
sententia innocentem dampnauit.
Videns filius patrem dampnatū
nec aliquid ei prodesse fratru testi-
monia: flens et euulans dixit ad
iudicem. Rogo uos dñe quatenus
intutu dei et sancti iacobi me suspē-
datis: patre meo dimisso. Ego em
nouū innocentia illius. Cui flentibus
et instantia tandem iudex motus.
patrem absoluit: filiūq; suspendit
Pater uero tristis nimis cū socijs

processit. et limina bñ iacobi uisitās
 ip̄q; pro anima filij supplicans. post
 qm̄ ad locum suspensionis redijt. ait
 fratribz. **Ece fratres filius meus.** p̄
 cor ut paululū subsistat. donec illū
 deponam et sepeliam. **Audita uoce**
p̄tris filius respondit. Beneuenias
pater. adhuc enī uiuo. Depositus ab
eo et interrogatus que nam esset cau
sa tanti miraculi. ait. Sanctus ia
cobus ap̄ls ab ea hora qua huc pa
tibulo appensus sum. usq; nūc ma
nibz suis sustentauit me. Nō elurui
non situi. nichil doloris sensi. nec
unq̄m melius michi fuit omnibz
diebz uite mee. Statimq; pariter ad
beatum properantes ap̄lm̄. filius
ut uotū suū solueret. pater ut grās
rependeret. incolumes reuerſi sunt
in ciuitatem traiectensem. Et est idē
miraculū in eadem ciuitate. sicut
nobis retulit wilhelmus monach⁹
noſter. ibidem canonicus. ualde cele
bre atq; notissimū. Non. Stupenda
sunt que dicis. Non. Referam tibi
aliud miraculū de sancto thoma a
postolo. meo iudicio maus isto.

de gerardo milite que dyabolus de eccā
ſā thome i india tranſtulit in terrā

n̄ uilla que dicitur suam. hic.
hollenbach. miles quidam habitauit
nomine gerardus. Hui⁹ nepotes
adhuc uiuūt. et uix aliquis in eadē
reperitur uilla quem lateat miracu
lum quod de illo dicitur sum. Hic
sanctum thomā ap̄lm̄ tam ardētē
diligebat. tam ſpecialiter pre ceteris
ſanctis honorabat. ut nulli paup̄i
in illius nomine petenti elemoſinā

negaret. Multa preterea priuata
 ſeruita. ut ſūt orationes. ieiunia.
 et miſſarū celebrationes. illi impu
 dere conſuevit. **Die quadā deo per**
mittente. om̄i bonorū inimicus dy
abolus ante oſtū militis pulſans
ſub forma et habitu peregrini. in
nomine ſā thome ap̄li hoſitū pe
tiuit. Quo ſub om̄i feſtinatione
intromiſſo. cum eſſet frigus et ille
ſe algere ſimularet. gerardus capā
ſuam furratā bonā ſatis. qua ſe
tegeret iens cubitū tranſmiſit. Ma
ne uero cum is qui peregrinus uide
batur non appareret. et capā que
ſita nō fuiſſet inuēta. ux̄ marito
trata ait. Sepe ab huiusmodi trā
ms illuſus eſtis. et adhuc a ſup̄ſti
omibz utis non ceſſatis. Cui ille aīo
tranquillo reſpondit. Noli turba
ri. bene reſtituet nobis hoc dāpnū
ſanctus thomas. Hec egit dyabolus
ut militem per dāpnū cappe ad
ſp̄aciētiā prouocaret. et apoſtoli
dilectionē in eius corde extingueret.
Sed militi ceſſit ad gloriā. quod
dyabolus pręparauerat ad ruinā.
et inde amplius ille eſt accenſus. un
de ille conſuſus eſt ac compunctus.
Nam paruo emenſo tempore gear
dus limina bñ thome apoſtoli adi
re uolens. cū eſſet in portu po
ſitus. circulū aureū in oculis uisus
in duas partes diuidens eas q; quā
illa cōiūgens unā illi dedit. et alte
ram ſibi reſeruaui dicens. Huc
ſigno credere debes. Rogo etiam ut
quinq; annis reditū meū exſpectes.
quibus expletis nubas aī uolueris.

Et promisit ei. Qui uia uadens lon-
gissima: tandem cum magnis expensis
maximisque laboribus peruenit ad ci-
uitatem sancti thome apoli. In qua
a ciuibus officiosissime est saluta-
tus: et cum tanta caritate susceptus.
ac si uerus illoꝝ esset: eisque notissi-
mus. Graciam eandem ascribens
uero apoli. oratoriū eius intrauit et
orauit: se. uxorem. et omnia ad se p-
tinentia illi comendans. Post hec
termini sui remittens. et in eode-
die quinquagesimū completū conside-
rans: ingemuit et ait. Heu modo
uxor mea uiro alteri nubet. Impe-
dierat deus iter eius. propter hoc
quod sequitur. Qui cum tristis cir-
cumspiceret: uidit predictū demo-
nem in cappa sua deambulantem.
Et ait demon. Cognoscas me ger-
harde. Non inquit te cognosco:
sed cappam. Respondit ille. Ego sum
qui in nomine apoli thome hospiti-
cū a te petiui: et cappam tibi ab-
tulit: pro qua et ualde punitus sum.
Et adiecit. Ego sum dyabolus: et
preceptū est michi ut: antequam hoīes
cubicū uadant. in domū tuam te
transferam. eo quod uox tua alteri ui-
ro nupserit: et iam in nuptiis cum
illo sedeat. Tollensque eum. in pre-
dici ab india in theutoniā: ab ortu
solis in eus occasum transiit:
et circa crepusculū in curia propria
illum sine lesione deposuit. Qui
domū suam sicut barbarus intrās.
cum uxorem propriā cum sponso
suo uidisset comedentē. propius
accessit: eaque inspiciente partem

arculi in caput intrens abcessit. Quā-
ubi illa uidit mox extraxit: et par-
tem sibi dimissam adiungens. cogno-
uit eum suū esse maritum. Statim
exiens in amplexus eius ruit. ui-
rū suū gerardū illum esse procla-
mans: sponso ualedicens. Quem
tamen gerardus illa nocte pro ho-
nestate secum retinuit. Ecce tamē
hoc quoniam in predicto miraculo satis
perpenditur: quantum boni apostoli
diligentes se diligant: atque glorificent.
No. Non miror si diligentes se dili-
gant. cum supradictū sit de scō andre-
a. quod etiam se contempti femine
ad diligendū ingesserit. **No.** Sicut
supra ostensū est de scō iohanne bap-
tista. sicut apoli diligentibus se pre-
miū impendunt: ita suos contemp-
tores quādoque puniunt. **Non.** Da
exemplum. **Non.** Prius de sancto
Bartholomeo apoli premitā unū
miraculū: deinde hoc quod petis sub-
iugam exemplum. **De dente sancti
bartholomei de quo sanguis exiit
in monte sancti dū diceretur. lx.**
saluatoris iuxta aquis grati. rup-
inclusa quedam defuncta est: que
inter suas reliquias etiam dentem
habuit sancti bartholomei apoli. H-
cum sciuisset sacerdos qui ei missas
celebrabat. eumque postulasset. et
illa non auuisset: recessū minaba-
tur. nisi saltem mediā partem ei do-
naret. Illa uero dentem multū dili-
gens. et sacerdote carere nolens. ut
diuideretur consensit: licet inuitissi-
me. **Mira res.** Mox enim ut sacerdos
cultellum denti superposuit: ac si

denovo sanctus pateretur. guttatim
de illo sanguis erupit. Quo uiso sa-
cerdos territus est; dentem q̄ incluse
dimisit integrū. Ego uero eundem
dentem anno preterito uidi apud
sancti moniales in porcello. Et q̄nq̄
ap̄li contempnētes se puniant; ecce
exemplū. **De femina que b̄t̄m iudā
apostolum contempnit.** **Ici.**

Matrona quedam specialem
ap̄l̄m habere uolens, cū eo mo-
do quo supradictū est de sc̄o andrea
per candelam b̄t̄m iudā ut puto ex-
traxisset; trata retro cistam candelā
cū nomine iactauit. Volebat enim
habere unū de nominatis ap̄lis; ut
est sanctus iohānes euāgelista siue
br̄is iacobus. Cui nocte in sompnis
apparens. dure satis corripuit; conq̄-
rens se ab ea contempnū et post al-
tam indignē proiectū. Nec sic qui-
euit; donec uerbis ad dūte sūt plage
Integro eī anno lecto paralitica de-
cubuit. **Novi.** Licet sic per sortes ap̄los
eligere. **Mo.** Sorte mathias ap̄lis
legitur electus. Non tamē ideo est elec-
tus ut alijs anteponeatur; sed ut p̄
eum duodenarius n̄s p̄ iudā dimi-
mutus suppleretur. Puto tamē ab
eadem electione huiusmodi sortes
descendisse. Audiu colome quedam
literatū sacerdotē. palam in ecclesia
reprobare tales electiones. Omnes
inquit ap̄li eque sunt sc̄i; et uidetur
omnes a nobis eque honorandi. Et
si alicui illorū specialis honor est ex-
hibendus; b̄to petro per quē regio
nr̄a cōuersa est ad fidem. illi iudico
esse impendendū. Ip̄m specialem

ap̄l̄m nobis xp̄c̄ destinauit. Beato
uero heribertus et successor eius petre-
grinus colonienses archiepiscopi in
ciuitate colonia om̄ib; ap̄lis vnā
ecclesiam cōuentualem condiderūt;
in quibus om̄ib; simul equalis ho-
nor idemq̄ seruiciū exhiberetur. Qui-
tum mereantur in ecclesia eadē xp̄o
eiusq̄ ap̄lis digne seruientes; ex
modico quod sequitur poteris per-
pendere. **De b̄t̄m iudā ap̄l̄m
ap̄lorum cui? domus inter flāmas
seruata est.** **Ieri.**

Quod maximū quod erat sub
adolpho archiep̄o magnā partem
ciuitatis coloniensis consumpsisset;
mulier quedā que ecclesie sanctorū
ap̄lorū pro sua mercede beaxare cō-
sueuerat. domū ligneam prope po-
sitam habebat. Cui cū incendiū ex-
uicinis domib; propinquasset; filia
eius uasa et supellectilem efferre ce-
pit. Quod ubi mater comperit; re-
stitit dicens. Noli filia noli; sed oīa
refer in domū. Sicq̄ clausa domo
mater spem habens in sanctis apo-
stolis ecclesiam eorū adyt; sicq̄ ora-
uit. Sancti ap̄li si vnquā digne uo-
bis fideliterq̄ seruui; custodite do-
mū meam et uasa uīa. Mira fides
femine; mira et uirtus ap̄lorum.
Qui propriā ecclesiam ex parte co-
cremari pmiserūt; beaxatris sūt
domū in medijs flāmis positam.
non sine maxima admiratione
multorū illesam seruare curauē-
runt. **Mo.** Valde honorandi sūt
ap̄li; per quos mūdus iste uidua-
bitur. **Mo.** Verba hec reuocant

nudum ad memoriam. cuius cuiusdam
dictum siue factum: relatione dignum.

**De karolo duc colonienſe qui lapides
ad fundamenta ecclie scōr aplōrū emitt.**

In colonia burgenſis quidam **lxiii.**
erat homo diues et potens karolus
nomine: pater dñi karoli abbatis
quingularenſis. Hic cum audisset
quia apli iudicaturi essent: cogna-
uit intra se dicens. Peccatū graue
est: et lapides anchorare ualde sūt
ponderosi. Etiam igitur lapides
tales. ad futurā fabricam sancto-
rū aplōrum. ut tū in die iudicij opa
mea bona nec non et mala posita
fuerint in statera: apli qui iudices
erūt lapides istos lana opera mea
bona continētū imitent: et mox p̄
ponderabit. Emit igitur nauim la-
pidibus plenā: quos per currus
portari et iuxta aplōrū eccliam de-
poni fecit. Quem cum canonici in-
terrogassent quid sibi uellet per la-
pides illos. respondit. Aliqua die rē
renouāda est ecclesia ista: et tunc
erūt uobis necessary. Non multo
post cum ecclesia extenderetur: oc-
cassione ut puto eorūdem lapidum
in fundamentō positi sunt. Hec de
aplōrū uisionibus dicta sunt. Nunc
aliqua tibi dicam de martiribus.

Ro. Quid faciat martires. q̄re
martires dicantur. uel quot sint
genera martiry: prius michi di-
cas. **Mon.** Faciles horū solutio est.

De martiribus. Capl. lxxiii.

Causa non pena facit m̄res.
Duo em̄ latrones xp̄o affixi
sunt hinc inde: vnus martir effect⁹

est propter uirtutē confessionis. al-
teri pena sua inicitū fuit eterne dāp-
nationis. Martires em̄ grece. testes
dicuntur latine: eo q̄ pro testimoio
fidei occisi sunt. Sunt autē quatuor
genera martiry. Quidam occisi sūt
propter solam innocentā. ut abel:
alij propter iusticiā. ut prophete. et
iohannes baptista: alij propter zelū
legis. ut septem fratres machabei:
alij propter fidem xp̄i. ut apostoli
eorūq̄ successores: et hii anthonio
malice dicuntur martires id est testes
quia sanguinis sui effusione fidei
xp̄i subscripserūt. **Ro.** Attendū
sancti cū a nobis uenerātur. **Ro.**
Etiam. Adhuc em̄ p̄ diuersas uisio-
nes suas manifestant mortalibus
reliquias: ut uenerantibus illas debi-
tores fiant. **De reuelacōe martiris**

Quando **lxxiii. Capl. lxxv.**
Renouata est ecclesia bonēſis.
quorūdam m̄rū corpora ex sacra
legione thebeorū illic reperta sunt.
Et quibus cū vnū corpus integrū
et preterea pars alterius martiris
nobis data fuisset. quidā adoleſcētū
talis de eo uisio ostensa est. Videbat
sibi in sompniis stare iuxta scriniū
eorūdem reliquiarū. Cui cū quidā
diceret. nosti quid in isto scrinio cō-
tineatur. et monachus respōderet.
etiam corpus martiris n̄ri: ille
subiūxit. Falleris: nam uir vnus
et diuiduus in eo iacent. Quod ul-
q̄ ad illud tempus omnes nos la-
tuit. Tante em̄ uirtutis sūt eadem
sacrata ossa: ut aqua superfusa.
uarijs infirmitatibus sit metela.

Maxime tamen sanat tumores ac inflaciones. Quocirca fidelibus in periculis succurrant: visio subsequens declarat.
De factis ante alkazer i acce uisis y qd xpiani adepti sunt uictoriam.

Anno gratie millesimo .lxxvi. ducentesimo decimo septimo. cruce signati ex tota alemāna ac frisia cum trecentis fere nauibus circa idus iulij intrauerūt portum ultris bone. In quo dum per aliquot dies morarentur. plures naues illic expectantes; ad petitionē seueri episcopi iam dicte ciuitatis. et quē eborensis. nec non et templariorū. atq; hospitalariorū. castrū sarracenzū nomine alkazer id est omnī carcer obsederūt. Sexta uero feria post natiuitatem bñe marie uirginis genitricis dei. congregati sūt contra eos quatuor sarracenzū reges. habentes in exercitu suo ad centum milia pugnatorū. Quibus xpiani numero minores. sed fide maiores: sanctū iacobū beatissimū uincentiū regionis illius patronū et alios si quos poterant sanctos innocentes: hostibus occurrerūt. In primo uero congressu unus regū cecidit. interfectozū uero erat nūis: plurimi captiuati sunt. Qui cū p exercitū ducerentur: querebant a xpianis signa uictorū: asserentes candidissimā aciem cruces rubreas in pectore gerentes: suozū multitudinē in fugam conuertisse. Insuper et galeas quas p mare contra xpianos conduxerant: celestis illius uisionis terrore sunt fugate. Quod

peregrini audientes gratias agerēt xpō: qui martirū suozū auxilia eis destinare dignatus est de celis. Hec michi relata sūt ab hijs qui certant in interfuerūt: et ex ore sarracenzū que dicta sunt audierūt. **No** Est ne peccm cum martirū reliquis ire ad exquisita nature? **No**. Peccatū est si gestantes illas non excusauerit necessitas. Sū non abhorrent ferorē nature: sed culpe. **de reliquis mīm q bernardū in latere stimulauerūt.**

Bernardus .Cap. lxxvi. Monachus noster tempore quodam ante cōuersionē nescio q̄ uirius. reliquias btorum martirū iohānis et pauli. in capsula ad latus portabat. Quem cū carnis incitua ad delectationē mouerēt. sancti mēs quia motus illicitos restringere non conaretur. p capsellam latus eius dure satis tūdere ceperūt. Quod cum ille non aduerteret. et motib; libidinosus quiescētib; etiam tūSIONES cessarent: p horas aliquas cum uenit titillaciones surgerent. renouate sunt et pūctiones: ac si sancti suū baulū uoce prophetica increparent dicentes. **Mundare qui fers uasa dñi. Vasa dñi sunt corpora sanctorū.** Hinc est q̄ achimelech sacerdoti cū hesitaret pueris dauid dare panem sanctū: dauid respondit. **Et quidem si de mulieribus agitur cōtinuimus nos ab heri et in diuisertus qū egrediebantur: et fuerūt uasa id est corpora puerorū sancta id est mūda a concubitu.** Et sicut michi reulit p̄dcs

bernardus. mox ut notare cepit penam. inquamatum potuit copescant culpam: ex hoc discens quod sanctus placet non solum in iudicia mentium. sed et corporum. **Novi.** Quid sentis de predicatoribus illis qui tantum propter questum reliquias sanctorum circumferunt: multosque decipiunt. **Mo.** Quod sancti ad talium trufas indignentur: dicam tibi quid monachus quidam de brumwylre michi recitauit. **De dante sancti nicolai in brumwylre. Cap. lxxviii.**

Quando ecclesiam suam monachi iam dicti cenobii ampliare disposuerunt: per quosdam sacerdotes seculares in lingua potentes. et ad emungendam pecuniam efficaces. dentem patroni sui beati nicolai pontificis. ad diuersas transmiserunt prouincias. Erat enim cristallo inclusus. Die quadam cum predicatorum conducticium inhoneste se gerendo uas tantarum reliquiarum circumferrent. cristallus crepuit: ac si illorum blasphemias pontifex reuerendissimus sustinere non posset. Quo miraculo uiso dentem retulerunt: neque ad tale opus ultra eum de monasterio efferri passi sunt. Ego rupturam eiusdem cristalli uidi. **Novi.** Quid est quod quidam martires alijs maiora signa faciunt post mortem: sit ne hoc ex aliqua eminentia sanctitatis. **Mo.** Sicut superius dixi. miracula non sunt de substantia meriti: sed signa sanctitatis. Quidam sancti in uita sua multa signa faciunt: et post mortem questant. Alij e contrario. quia nulla sanctitates sue iudicia in mundo detent:

post mortem miraculis clarescunt. **Quare bis thomas cantuariensis presbitero ceteris sanctis uiribus miraculis choruscet**

Beatus uero thomas **Cap. lxxix.** episcopus cantuariensis. qui nostris temporibus pro ecclesie libertate usque ad mortem dimicauit: multis miraculis in suis persecutionibus choruscet. satisque de illo post mortem disputatum est. Quidam dicunt eum dampnatum ut regni proditorem: alij martirem uti ecclesie defensorem. Eadem questio pacifera inter magistros uentilata est. Nam magister cogerus iurauit illum dignum fuisse morte. et si non tali: bene uiri constantiam uindicans contumaciam. Contra magister petrus cantor iurauit eum esse martirem deo dignum: utpote pro libertate ecclesie trucidatum. Quorum questionem episcopus soluit: cum multis et magnis illum signis glorificauit. Non ideo tamen apostolus sine alijs magnis martiribus in meritis preferendus est: qui tanta et tantum crebra miracula post mortem fecisse non leguntur. Simile habes de sancto annone coloniensi archiepiscopo. Cui cum post mortem multi detraherent. dicentes eum fuisse ecclesiarum demeritorem: et ciuium suorum execratorem. dominus deus in translatione illius quante sanctitatis esset signis plurimis ostendit. **Mo.** Probabile est quod dicitis: sed aliud est quod memoret. Sepe contingit ut pro reliquijs sanctorum alie res habeantur: et pro ueris falsa uenerentur. Videntur tibi huiusmodi ueneratores peccare an mereri?

Mo. Meo iudicio ignorantia in talibus excusat culpam: pietas meretur gratiam. Hoc uerū esse certū est: quia quōq; dñs per fallas reliquias ad honorem sanctorū quibus ascribitur, et fide honorantibus illas miracula operatur. Verbi causa. **De freno p quod multa fiebāt miracula cū et de**

Miles quidā miris eē putaret. **lxx.** **Q**uidam mrem bñm thomā cantuariensem acutissime diligēs, si aliquid de illius posset habere reliquias aramqueq; inuestigauit. Hoc cum audisset quidam dolosus sacerdos in cuius domo hospitabatur: ait illi. Ego frenū quo diu usus est beatus thomas petes me habeo: et sepe uirtutes eius expertus sum. Quod miles audiens et ita esse putans, sacerdoti pecuniā postulata letus obtulit: et frenū cum multa deuotione recepit. Deus uero cui nichil est impossibile fidem militis remunerare uolens: ad honore sui martiris multa per idem frenū facere dignatus est miracula. Quod miles considerans in honore miris ecclesiam condidit: loco reliquiarū frenū sacerdotis pessimi in ea reponens. Hic sit finis de uisionibus martirū: quia compendio uti uolens ad ordinē festino confessorū. **No.** Qui sint confessores, et quare sic dicti michi edicito: postea uisiones subiūgas. **De confessoribus.**

Ad ordinē **Monachus. lxxi.** confessorū pertinent pontifices, abbates, clerici, monachi, nec non et laici religiosi xp̄m uita

et ore confitentes: et sine sanguis sui effusione ad eum quem confessi sunt migrantes. **Tempore persecutionis omnes xp̄iani confessores dicti sunt, xp̄m in suis tribulationibus corde et ore confitentes: maxime tñ hij qui pro illo passi sunt. Qui postea antonomastice dicti sunt mires: et nomen confessorū specificatum est maxime ad sacerdotes dñi, peccatorū confessiones recipientes: quibus data est a dño potestas ligandi atq; soluendi. **Nov.** Qui tibi uidentur maiores martires an confessores?**

Mo. **Q**uestio hec soluenda est scdm excessus et excedentia. **I**ter ordō martirū ordinē confessorū precellat dignitate: quidam tamen confessores quibusdam martiribus merito longe sunt superiores. **U**nde sancta ecclesia canit. **P**lus currit in certamine confessor iste sustinēs: qm̄ martir ictum sufferens mucrone fundens sanguinem. **E**cce exemplum. **C**ertum est ordinē episcopoz digniorem esse ordinē abbatū: actamen quidam abbates regales quibusdam episcopis gloria et honore maiores sunt. **Nov.** **C**onsentio **Mo.** **Q**uanta sit in uisionibus beatorū confessorū consolatio: paucas sub exēplis tibi explicabo. **De conuerso cui sōs nycolaus apparuit in choro.**

Quidam apud **lxxii.** **Q**uos conuersus, cui nomen prodere non licet, uir bone conuersationis: et sanctū nycolai specialiter diligens. **I**ste sicut ab eius ore audiuit: in quadam sollempnitate

infra matutinas, iam dictū confesso-
rem pontificalibus indutū in choro
stare conspexit. De cuius uisione
que magne fuit reuerentie, tantū
gaudij cor eius concepit: ut sibi alti-
tudine duorū pedum a terra suspē-
sus uideretur. Non solum hic beatis-
simus pontifex perfectorū uisita-
tor: sed et miserorū in sumis neces-
sitatibz esse dno scitur liberator.

De fine que idem confessor a patibulo

N liberauit. *Lxxiii.*
Nondū duo anni sūt elapsi. q̄
in uilla quadam iuxta coloniā
sicut imper illic audiui cū preterire:
loco furis quidā deprehensus est.
Verum reus esset uel innocens. mi-
chi dici non potuit. Quem cū mor-
ti adiudicatū, et laqueo collo eius
mixto in patibulo appendissent: il-
le nullū dolorem sustinens cū iam
mortuus est inaretur: clara uoce
est morti assignauit: et xpc qui ē uita

omni nona hora diei in cruce exspirauit.
Sacramentū hoc. fit in cōmemoran
onem dñice mortis. **V**nde apostolus
in prima eplā thesalonicensib; scribit
dicens. **Q**uocensamq; manducabi
tis panem hunc. et calicem bibetis.
mortem dñi amicitia bitis id est repre
sentabitis donec ueniat. ad iudiciū
salicet. **I**ta glōsa exponit. **A**pparente
eo in gloria: cessabit figura. **O**mnia
que in superioribus distinctionibus
dicta sunt. scilicet de conuersione. de
contritione. de confessione. satisfacti
one et simplicitate. quedam sunt
preparamenta ad hoc sacramentū.
Nulle etiam uisiones magis fidem
robōrant. qm̄ cum eum quem sub
specie panis et uini lateat credimus:
oculis corporeis intuemur. **N**o. **A**n
teqm̄ uisiones edisseras peto ut breui
ter me expedias. quid sit hoc sacramen
tum. que res sacramenti. que causa
institutionis. que forma. quis modus
conuersionis: quis modus sumptōnis.
No. **D**e sacramento eucharistie nar
tantū est cū timore ac reuerentia:
quia magis in illo operatur fides qm̄
ratio humana. **A**udi tamen breuiter
que maiores uiri de illo senserūt. **T**ria
sunt in sacramento hoc consideranda:
uini quod tantum est sacramentum
alterum quod est sacramentum et res
tercū quod est res et non sacramen
tum. **N**o. **Q**uid est sacramentum
tantum. **N**o. **S**pecies uisibilis pa
nis et uini. **N**o. **Q**uid est sacramē
tum et res. **N**o. **C**orpus xpi propria
et sanguis. **N**o. **Q**uid est res et non
sacramentum. **N**o. **S**ubstantia xpi



caro, ecclesie saluet unitas. **No** Cre
 ditur sacramentū. **Mo** Quia sacre
 rei signū. Aliud ibi uidetur et aliud ibi
 creditur. **No**. Que fuit causa insti
 tutionis. **Mo** Quia dñs ut dicit euse
 biius corpus assumptū ablaturus e
 rat ab oculis nr̄s. et illaturus sideri
 bus. necesse erat ut in die cene sacra
 mentū ueri corporis et sanguinis
 consecraret: ut coleretur iugiter per
 misterii. quod semel offerebatur in
 precii. **No**. Que est utilitas in hac
 institutione. **Mo**. Duplex est in eo
 utilitas: quia in eius perceptione au
 getur uirtus id est caritas: et est me
 dicina cotidiane infirmitatis. Vnde
 augustinus. Iteratur cotidie hec ob
 latio licet xps semel passus sit. quia
 cotidie peccamus peccatis sine quibz
 mortalis infirmitas uiuere nō potest.
 et quia cotidie labimur. cotidie xps
 p̄ nobis mystice immolatur. **No**. Que ē
 forma huius sacramenti. **Mo**. For
 ma attenditur in uerbis et in rebus.
 In uerbis: quia cum hec uerba profe
 runtur. hoc est corpus meū. et post.
 hic est sanguis meus. conuersio fit
 panis et uini in corpus et sanguinē
 xpi. Vnde ambrosius. Sermonē xpi
 hoc conficitur sacramentū. quia ser
 mo xpi creaturam mutat: et sic ex
 pane fit corpus xpi. et uinū cū aqua
 in calicem missū fit sanguis. conse
 cratione uerbi celestis. **No**. Quis est
 modus conuersionis. **Mo** Modus
 est ineffabilis. Panis ut dictum est cū
 hec uerba proferuntur. hoc est corp
 meū. dei uirtute per ministeriū sacer
 dotis transit in corpus xpi. Simile

intelligas de uino: manentibus tamen
 accidentibus. colore saluet pondere et
 sapore. **No**. Potest de aliquo grano
 nisi de frumento hoc sacramentū con
 fici. **Mo** Sicut sanguis nō conficitur
 nisi de uino et hoc expresso: ita nec cor
 pus xpi nisi de frumento et hoc ī panē
 redacto: quia dñs grano frumenti se
 compauit nec uon et panī. **No** Quis
 est modus sumptionis. **Mo**. Dupli
 ceter sumitur: spiritualiter et sacra
 mentaliter. Bonus utroqz modo mā
 ducat: malus uero sacramentaliter
 tantū. Sic non manducans mandu
 cat et ecomersio. **No**. Quare sumi
 tur sub duplici specie. cū sub utraqz
 xpc sit totus. **Mo** Ut ostenderetur
 totam naturā humanā suscepisse:
 ut totam redimeret. Panis est ad
 corpus. sanguis ad animā refertur.
 Hec tibi breuiter dicta sufficiant. q̄
 in sententijs de his plenius tractatur.
No Cum omnia que dicta sūt credā:
 quatuor michi tamen probari deside
 ro non sententijs sed exemplis. Pri
 mū est q̄ sub specie panis sit uerum
 corpus xpi natum ex uirgine. secūdū.
 q̄ sub specie uini sit uerus eius sāguis:
 terciū. q̄ digne conficientes sūt com
 municantes mereantur gratiam. in
 digne autem penam. **Mo**. Dicam tibi
 plura de singulis exempla fidei nr̄e
 satis necessaria: que michi a p̄sonis
 probatis sunt relata. **de godechalco**
de uolmutsteme qui xpm in specie
infantis uidit in manibz suis. ij.

Huit apud nos monachus quidē
 godechalco nomine de castro
 quidem uolmutsteyne oriundus: et

in maiori ecclesia colonie canonicus,
 Ante conuersionē satis extiterat lubri-
 cus; sed bene morieratus. Modica ei
 scientia literarū merat: sed spiritus
 scientie et pietatis ad magnā uite
 perfectionē illum prouexerat. Hic
 cum ante hos sex annos in die nata-
 lis dñi ad priuatū quoddam altare
 missam cū multa deuotione et lacri-
 mis ut ei moris erat inchoasset. salu-
 cet puer natus est nobis. Facta q̄ trās
 substantiacione; iam non in manibz
 suis speciem panis, sed infantem pul-
 cherrimū immo speciosissimū illū
 prefilijs hominū in quem et angeli
 prospicere concupiscunt: tenuit et vi-
 dit. Cuius caritate succensus, et mira
 pulchritudine delectatus: complexus
 est eum ac deosculatus. Timens ta-
 men morari propter curantstantes
 super corporale dilectum posuit: et
 ille ut missa perfici posset formam
 sacramentalem resumpsit. Quidiu
 ille beatus uidit speciem infantis;
 nullam ibi uidit speciem panis et
 econuerso. Qui cum nescio cui uisio-
 nem reuelasset, tacita persona sua
 et ille alijs: quodam die de auctori-
 te tante uisionis interrogatus me
 audiente respondit. Certissime illa
 die xp̄s hic uisus est: et nichil plus
 dicere uoluit. Postea duobus sacer-
 dotibus theoderico scilicet de luteke
 et constantino uisionē reuelauit.
 Quod intelligens wmandus infirma-
 rius noster, posito eo in infirmitorio
 ait. Bone frater godechalee: uidisti
 in missa saluatorem? Respondente
 illo simpliciter eam: adiecit. In quā

forma? In forma inquit infantis. Et
 ille. Quid fecisti ei? Respondit. Oscu-
 latus sum eum ante os suū. Ad quod
 wmandus. Et quid postea actum
 est? Ego ait super altare eū posui:
 et reuerso eo in formā priorem supsi
 illum. Eadem mortens confessus ē
 abbati nr̄o dño henrico. **Notū**
 gloriosa sunt que dicit. Sed miror
 si talia aliquādo reuelantur etiam
 malis sacerdotibz. **Mo** Sicut hoīs
 ad bonitatis remuneratōem: ita
 non nūquā dñs malis sacerdotibus
 se ostendere dignatur ad correctionē
 Verbi causa. **de adolpho sacerdote q̄ in
 hostia uidit uirginē cū infante. agnū**
Qum dñs **et crucifixū. iii.**
 abbas predictam uisionē uisi-
 tandi gratia pergens in frisiā au-
 dam militi recitasset, ille adolpho de
 dieferne recitata replicauit. Quod
 ubi ille audiuit: suspirans ait. Ad
 quid dñs deus uiris sanctis et ī fide
 perfectis talia ostendit? Michi pō-
 ri mei q̄ similibz qui sepe de hoc sa-
 cramento dubitamus. huiusmodi
 uisiones deberent reuelari. Die qua-
 dam cum idem adolphus missam
 celebraret, et ante agnus dei hostiā
 leuasset ad frangendū, in ipsa hostiā
 a uirginē in sede residere infantemq̄
 in sinu seruare contemplantus est.
 Nolle uolens quid esset ex altera pre-
 mor ut hostiam uertit agnū in ea
 conspexit. Quam rucum egrens
 uidit in ea quasi per utrū xp̄m in
 cruce pendentem capite inclinato.
 Videns hoc sacerdos extimuit, diuisas
 et deliberans: utrū ibi subsistere uel

missam perficere deberet. Cuius fle-
 tibus dñs placatus sacramēto formā
 priorem reddidit; et ille missam per-
 fecit. Cumq; populus de tanta mora
 miraretur, ipse ambone ascendens
 cum lacrimis populo uisionem retu-
 lit: et signati sunt eadem hora ab eo
 homines quinquaginta. Erat enim
 octaua apostolorū petri et pauli. Nec
 miror si sic perspicere et tam iocunde
 sicut godelschalcus eum uidere non
 potuit quem cotidie sibi ad iudiciū
 timolauit et sumpsit. Habebat enī
 concubinā. Super tamen audiui
 q̄ uitam suam occasione ut spero
 eiusdem uisionis emendare incipiat;
 et feminā in monasterio sāmomiali
 um in runengen locare proponat.
 Hec michi a bernardo monacho uō
 recitata sunt: ip̄s q; ab eodem adolfo.
 Saluator corpis sui ueritatē in hoc
 sacramēto ut prefatus sum bonis
 sacerdotib; ostendere dignatur ut cō-
 solentur: in fide mutantibus ut eri-
 gantur: male uiuentib; ut terreatur.
 Ecce exempla. **De ep̄o liuonie
 qui xp̄m uidit in altari. iiii.**

Venerabilis episcopus liuonie
 et magister lambertus deca-
 nus sanctorum ap̄lozū in colonia,
 cum ante annos paucos simul ad
 curiam pergerent imperialem: et
 in uia de scripturis sermoinaren-
 tur, etiam mentio habita est de cor-
 pore dñi. Decano in hoc sacramēto
 effervere fidem xp̄ianā; episcopus
 respondit. Ego noui sacerdotem
 qui inquit oculis corporalib; xp̄m
 in altari uidit. A quo cum decanus

personā tante uisionis dignā tunc
 extorquere non posset, ultima die
 quando separandi erant ab inuicem
 episcopus ei confessus est quia ipse
 esset. Hec idem decanus retulit prepo-
 sito pleisensi: et ip̄e michi. Quero de-
 us dubitantibus de hoc sacramento
 etiam suam carnem ostendat: sub-
 sequens sermo declarat. **De sacerdote
 qui infra canone dubitans uidit**

Nudam carnem. **v.**
 Nondū puto duos annos esse
 elapsos: q̄ sacerdos quidam de sacra-
 mento corporis xp̄i dubitans i cas-
 tro cui nomen wickinsburgh celebra-
 uit. Qui cum in canone de tam mi-
 rabili conuersione panis in corpus
 xp̄i hesitaret, dñs ei in hostia carnē
 nudam ostendit. Hanc cū uidisset
 uir nobilis widekinus stans post ter-
 gum eius: dicta missa sacerdotem in
 partem traxit, et quid infra canone
 egerit uel cogitauerit diligenter in-
 quisit. Ille uero tam de uisione qm̄
 in interrogatione territus; confessus
 est et non negauit se eadem hora de
 sacramento dubitasse. Et retulit u-
 terq; se nudam carnem in hostia ui-
 disse. Idem widekinus filiam habet
 sifridi de runkel in coniugio filiam
 sororis abbatisse de rindorp, que michi
 anno preterito eandem uisionē reci-
 tauit. Vis etiam nosse q̄ male uite
 sacerdotib; dñs ostendat q̄ ab eis cru-
 cifigatur. **No Volo. No Audi uisi-
 onem terribilem. De sacerdote q̄ hosti-
 am i ore ob maleficia seruās de ecclia**

Segredi non potuit. **vi.**
 Sacerdos quidam luxuriosus

femina procabatur. Et cum illius non
posset habere consensum, dicta missa
corpus domini mundissimum in ore tenuit:
sperans si sic illam deoscularetur, quod
vi sacramenti uoluntas eius ad suos
libitus inclinaretur. Sed dominus qui per
zachariam prophetam conqueritur
de huiusmodi sacerdotibus dicens, et
me crucifigit gens tota die: tali or-
dine maleficia eius impediuit. Cum
exire uellet de ostio ecclesie, sic sibi cre-
dere uidebatur: ut laqueum oratorum
uertice pulsaret. Territus miser hos-
tiam de ore suo extraxit, et quia men-
tis inops erat in angulo ecclesie eam
sepeliuit. Timens uero uisionem di-
uinam super se citius uenturam:
sacerdoti cuiusdam sibi familiari con-
fessus est sacrilegium. Qui simul ad
lo cum accedentes: reiecto puluere
non reperierunt speciem panis sed
formam licet modicam hominis in
cruce pendens. Erat enim carnea et
cruentia. Quid postea de ea factum sit
uel quid sacerdos egerit non recordor:
quia diu est ex quo hec michi ab her-
mano cantore uero cui historia satis
nota erat recitata sunt. **Non** Deterior
iste fuit crucifixoribus christi. **Mo** Verum
est quia si illi cognouissent, nunquam
domini glorie crucifixissent. Iste cognitum
contempsit, contempnendo crucifixus.
Iam tibi satis probatum arbitror quod sub
specie panis sit uerum corpus christi: et
tanta a malis quam a bonis sacerdotibus
conficiatur. **Non** Si sacerdotes omnes
talia audirent auditis quod crederent:
puto quod plus quam modo deifica sacra-
menta honorarent. **Ad** Satis

mirabile est quod nos homines pro quo-
rum salute hoc sacramentum institu-
tum est tam tepidi sumus: cum bruta
animalia uermes et reptilia in illo
creatore suum recognoscant. **De**
corpe domini in ecclesia furato quod a bobo
n uilla que **inuenitur.** **Vii.**
komele dicitur. nocte fures ecclesiam
infringentes inter cetera etiam scri-
nium cum corpore domini inde tulerunt.
Qui cum nihil aliud in eo preter
reliquias et pyxidem cum sacramento
reperissent, nil profectus de eis curan-
tes eandem pyxidem super sulcum agri
uille proximum ponentes confusi re-
cesserunt. Mane cum rusticus quidam
cum aratro et bobus in eodem agro
araret: uenissent quod animalia iux-
ta pyxidem stupentes steterunt. Quod
cum arator stimulari nec procede-
rent, nunc recalcitrando nunc exorbis-
do: uatus ait. Quis dyabolus est in
bobus istis? Non enim clare uidere po-
terat: quia in ortu diei arabat. Di-
ligentius tamen circumspiciens:
deprehendit ante pedes bobum pyxi-
dem et scrinium ecclesie sue iuxta illam.
Tunc causam rebellionis non igno-
rans, omnibus in agro dimissis in
uillam recurrens: tam sacerdoti quam
ceteris que acta sunt referens. Tunc
omnes simul in agrum descendentes
cum cruce, thuribulo et ceteris: corp-
dificum in ecclesiam reportauerunt.
Quic processionem iuxta fuit gaudere
dus price de boue: qui michi ista
rexit. Similem honorem et ali-
ni exhibuerunt de platea in lutum
descendens: hanc me dixisse recolo

distinctione quarta. caplo nonagesio
octavo. Audi mie de uermiculis. *De*
apulis qui basilicam corpi dñico fabi

Mulier quedam caueuit. viii.
cum apes multas nutriet. et
ille non proficerent imo passim mo-
rerentur. cum contra hoc remediū
circumquaq; quereret: dictum est ei
quia si corpus dñi inter illas locaret
mor lues ip̄a cessaret. Que ecclesiā
adiens et se cōmunicare uelle simu-
lans. corpus dñi sumpsit: quod statim
a sacerdote recedens extraxit. et in uno
ex alucolis illud locauit. Mirra dei
potencia. Vermiculi creatorem ag-
noscentes. de sanctis suis dulcissimis
hospiti dulcissimo capellulam mite
structura fecerūt: in qua altare eius-
dem materie erigentes. sacratissimū
corpus super illud posuerūt. Et bene-
dixit dñs operibus eorū. Procellu
tempis cum femina idem uasculū
aperuisset. et iam dictū creatorum
considerasset expauit: currensq; ad
sacerdotem confessa est ei omnia. et q̄
egit et que uidit. Tunc ille assumptis
prochanis suis ad uasculū uenerūt
apes circumuolantes et in laudem cre-
atoris bombizantes abegerūt. capel-
lule parietes. fenestras. tectum. cam-
panile. ostiū. et altare admirantes
corpus dñi cū laude et gloria retule-
rūt. Iacet mirabilis sit deus in sanctis
suis: mirabilior tamen in hys mini-
mis predicatur. Ne ergo aliquis de
retero tale aliquid presumat: referā
tibi rem terribilem quam michi āno
preterito magistra de insula sancti
Nicolai recitauit. *de pena mulieris*

palante propter corpi dñi qd sup caules
Fuit in eadem *semiauerat. ix.*
insula puella quedam oblecta
laica tamen: quam et ego ibidem uidi.
sequitatis dyabolus a quodam sa-
cerdote cur tanto tempore tam crude-
liter hartdyfa de cogheme torq̄retur:
per os puelle respondit. Quare. Be-
ne et optime meruit. Ip̄a altissimū
sup olera sua seminauit. Qui cum
uerbū minus intelligeret: nec ille
exponere uellet. sacerdos feminam
adiit: quid de ea dyabolus dixerit
exposuit: monens ne negaret si in-
telligeret. Que statim culpam con-
fessa est dicens. Verbū bene intelligo:
quod nūquā tamē homini a me
publicatū est. Quando iuuentula
eram et ortū excolendū suscepissem:
nocte quadam mulierem uagam
hospitio recepi. Cui cum dampna or-
ti mei exposuissem. asserens omnia
olera ab erucis deuocari: respondit
illa. Bonam te ministrā medicinam.
Accipe corpus dñi et cōminue illud:
sicq; super olera spergas et statim
lues cessabit. Ego misera cui maior
cura erat de orto qm̄ de sacramento:
cum in pascha corpus dñi suscepissem.
et extractum de ore fecissem sicut edoc-
ta fuerā. quod oleribus in remediū
michi teste dyabolo factum est in
tormentū. *No* Crudelior erat muli-
er hec ministris pylati: qui ihesu mor-
tuo pepercerūt. ne ossa eius cōminu-
erent. *Mo* Idcirco usq; hodie luit pec-
catū illud marini: et sunt cruciat
eius mauditi. Attendant hanc penā
et si non culpam. qui deifica sacramē

ta ad lucra temporalia uel quod exorabilius est ad maleficia conuertit. *Ena* uermes si reuerentiam circa hoc sacramentum negligant, aliquando pena mutantur. *De musca que circa corp^u dñi in hora supradis uoluitans mortis*

Anno penam soluit. *x.*
 preterito cum quidam ex sacerdotibus nostris coram episcopo theoderico missam cotidianam de dña nra scā maria celebraret: in ipā hora fractionis musca grandis circa et supra calicem uolitare cepit ita importune, ut quasi in uelle intrare uideretur. Sacerdos tremens ac timens cū manū haberet occupatas, et muscam exsufflaret nec proficeret: henricū dyaconū qui hora eadem episcopo pacem porrigebat, rursus crebrius aduocauit. Tunc illa alacri uolatu alius labens presumptionis culpam ibi luit: quia post morulam completa simpicione atq; ablucione intuenente sacerdote quem turbauerat quasi lapillus inter corporale et calicem extincta ruit. Quam dyaconus de altari proiecit. *No* Satis me delectat horum oratio. *Mo* Etiam dñs in simplici pane tanto sacramento assignato quādoq; miracula operatur. *De uirib; qui hostias nō benedictas*

Rodētes lās nō tengerūt. *xii.*
 nondū ānus ut puto transit: q; hostie plures a ministris propter fissuras siue puscilas reprobate in eberbacho: in fenestra altari cōtigua proiecte sunt. Accedentes uero uices similia que erant extra circulos deuocabant, litteras et que uitus erant i

nullo penitus ledebant. Sacerista ista considerans: reputauit pro miraculo. *No* Quid est quēdo q; mures uel uermes in sacramento altaris comedūt. *Mo* Species tantū. In illa xp̄c uidentur et tangitur: et ab indignis iuriat. Corpus eius uerū quod sub illa latet, glorificatū est. Et quia imortale est non potest corrumpi: quia splendidiū est non potest a nobis uideri: quia subtile est non potest a nobis palpari. A sacerdote quidem tenetur sed non tangitur: nisi mediante specie. Species ip̄a uidentur, tangitur, frāgitur, masticatur, saccat, corrūpitur, et iuriatur. Quādo aliquot horum attribuitur corpori xp̄i, de sp̄e debes intelligere. Tanta est gloria huius sacramenti ut non solum bruta in quibus anima motabilis est, sed et insensibilia elementa uirtutē illius sentiant. Verbi causa. *De corpore dñi quod in flumē proxi hereticos di*

Tempore illo quādo uersit. *xiii.*
 manifestari cepertunt hereses albienſes, quidam maligni uirtute dyabolica suffulti, quedam signa atq; portenta ostenderūt: quibus et eadē hereses corroborauerūt, et multos fidelū in fide subuerterūt. Sup̄ aquas ambulauerūt, et non sunt submersi. Cernens hoc sacerdos quidam fide catholicus et uita religiosus, sciens uera signa cum falsa doctrina esse non posse: corpus dñi cum p̄uide ad flumē ubi illi populus suas ostensurā erant uirtutes deportauit. Dixit q; in audientia om̄i. Aduro te dyabole per eum quem in manib; porto:

ne in hoc flumine ad huius populi
subuersionem per hos homines tan-
tas exerceas fantasias. Post hec uer-
ba illis super undas fluminis am-
bulantibus ut prius: sacerdos turba-
tus corpus dñi in flumen iactauit
Mora xpi potentia. Mor est ut eleme-
ntum tetigit sacramentū. fantasia ces-
sit ueritati: et pseudo illi. fr̄i quasi plu-
bium descendentes in profundū sunt
submersi. Dixit uero cū sacramento:
statim ab angelis sublata est. Vides
sacerdos hec omnia de miraculo quide-
m exultauit: sed de iactura sacramēti
doluit. Totam uero noctem in lacrimis
et gemitu transiens: mane proxidem
cū sacramento reperit super altare. H̄
nobis eodem tempore relata sunt. Aliud
in mari de corpore dñi contigit miraculū
**h̄c de corpore dñi quod nauis contracta
ad reliquas naues uarauit. xiii.**

Quando in illa magna expedicoe
nauis ex omni pte alemannie
congregare mare intrauerūt: ob cau-
sas diuersas preceptū est sacerdotibz
ne in aliqua nauis corpus dñi serua-
retur. Que cum omnes iussis obtem-
perarent: una sola nauis fr̄isomni
obedire noluit: que acius inobedien-
cie penā soluit. Dei siquidem iudicio
contracta est: et p̄ris seruans corpus
dñi cum ceteris que in nauis erant ciec-
ta. Homines uero alius nauibus sub-
uenientibus liberati sunt. Et ecce ui-
dent enim in pelago natā-
tem: que tam celeri motu ad naues
festinabat ut uelificare uideretur.
Que cū in nauem unā recepta fuisset:
aliud in ea uisum est miraculū. Cū

operculū esset patulum nec zona cir-
ca nodū firmatū: inter undas illas
procellosas nec una quidem guttula
intrauit. Hec mānus decanus sancti
geronis in colonia qui presens fuit
et hec uidit: pro magno miraculo ea
solet recitare. Terra etiam in hoc sac-
ramento suū recognoscat auctorem. **De
corpore dñi qd' colonie de manibus sacerto-
tis labens lapidi miraculose impressi**

Plebamus sancte est. xiiii.
Columbe in colonia cū in quadā
sollemnitate paschali populū com-
municaret. hostia de manu eius lap-
sa cecidit sup pauimentū lateribus
stratum. Ut autem dñs se ostenderet
dñm terre sicut et maris: mox ut ho-
stia quantū ad speciem modici pon-
deris lapidem tetigit. lateris illi du-
ritia cessit: ita ut circulus et littere
in illo apparerent. quemadmodū
fieri solet cum molli cere sigillū imp-
mitur. Sacerdos territus mox hosti-
am leuauit: et laterem eruit. In quo
cum tam tpe qm multi alij tantum
miraculū uidissent et expauescent:
consiliū mops sacerdos. locū tam mira-
biliter hostia signatū rasit: puluere
ponens inter reliquias. Huic mira-
culo arnoldus monachus noster di-
cit se interfuisse. Ut etiam dñs ostē-
deret in aere potentā suam: tale qd
fieri permisit. **De hostijs in anrode
clericoꝝ infamia extullis. xv.**

In uilla que haynrode uocatur. ♥
sacerdos quidam est nomine euerar-
dus. Hic ante annos paucos ad ec-
clesie eiusdem festiuitatem uicinos
sacerdotes conuocauit. Sollemnizati-
bz

eis in uesperis circa altare et infantibus: unus ex eis que super altari cum corpore dñi pendebat casu euerit: et quinq; ex ea hostias excussit. Quod ubi conuenerit ceteri: mox organa sua suspenderunt. Querebant eis hostias et non inuentibus: populo clecto et foribus obseratis. dñi omnes angulos perscrutarentur nec compararent: unus eorum diuino nutu ambitum qui erat circa murum ascendit. ubi easdem hostias in modum crucis dispositas attendit. Erat enim idem circuitus multo altior pyradi. Obsequens aer dño suo. corpus eius de pyride lapsum excepit ne super terram laberetur: ubi ab angelis susceptum in locum illum sublimem deportatum est. hec michi a methilde magistra de uosennich relata sunt. Cognouit et ignis sacramenti huius uirtutem.

de ecclesia combusta et corpore dñi

Non est intacto. *xvi.*
 Qui quaedam ecclesia in prouincia nra exusta est. Cumq; omnia que cremari poterant in cinerem fuisset redacta: flammis sopites homines intrantes solam pyridem cum corpore xpi illesam super altare repererunt. Quod pro miraculo magno sicut reuera fuit conrado priore loci sancte marie et alijs qui pluribus referentes deum gloriificauerunt: plurimum per hoc in fide confortati. Ecce habes ex his que dicta sunt euidentissima argumenta. quod omni creature. rationabili. ut homini. irrationabili. ut animalibus. insensibili. aque salicet. terre. aeri. et igni: manifesta sit uirtus diuini

huius sacramenti. *No* Satis michi probatum est quod sub specie panis sit uerum corpus xpi: nunc autem uerum eius sanguinem esse sub specie uini similiter michi exemplis ostendas. *Mo* Noneris consimiles causas esse subsequenti uisionum quas et precedentium. Quibusdam ut iustis forma sanguinis ostenditur ad denotationis sue remuneracionem: de sacramento dubitantibus. ad confortacionem: male uiuentibus. ad correptionem. Ecce exempla. *de abbate danieli qui formam sanguinis uidit in*

Bone memorie *calice. xvii.*
 Daniel abbas scouaue. quinq; prior noster. cum die quadam missam celebraret: formam humani sanguinis in calice uidit. Et quia tunc temporis non fuit sibi conscius alicuius mortalitatis: eandem uisionem nequaquam sibi ad iudicium sed ad consolacionem concessam sperauit. Huius uisionis testis est gerhardus monachus noster. aliquando cocanonius eius in maiori ecclesia colonic. Comparatur uisio hec uisioni godefridici. qui dñm uidit sub specie panis in forma infantis. sicut dictum est capitulo secundo. Porro quod aliqui forma sanguinis quibusdam de sacramento dubitantibus ostendatur ad confortacionem: sermo sequens declarat. *De heilardo sacerdote qui formam humani cruoris in*

Heilardus *calice uidit. xviii.*
 sacerdos de wuninshopp cum die quadam in ecclesia eam dicta missam diceret. et de sacramento ex inuisione dyaboli periculose dubicaret:

quando uentū est ad orationē dñicam
ubi calix discoopertus deponi solet. hu
mani cruoris speciem in illo uidit et
expauit. Ac si ei diceret dñs. Si nō cre
dis sacramento: ueritatem discas ex
perimento. Et cum fides uia sit ad
speciem: species hec sanguinea te re
ducatur ad fidem. Durauit autē forma
illa usq; ad summionē. Interfuit eide
misse hildeboldus comes de lumbere:
uir fide et opere parū catholicus. Her
lardus uero sibi timens. magistro io
hanni decano aquensi uisionē retulit:
a quo ego illam didici. *Et autem hu
iusmodi uisiones quāq; fiant nō solū
ex culpa sacerdotis. imo etiam ex per
fidia circumstantiū: subsequēs pro
bat exemplum. de uice hildensheim
qui in canone uidit calicem cū dubi
tante sanguine dñi exuberantē. xx.*

Retulit michi iam dictus magist
r iohānes aliam de sanguine dñi
uisionē satis terribilem. Cū in ecclia
sancte walburgis in hildensheim vn
de ipse orundus est. sacerdos missam
celebraret nomine alberto: cuius qui
dam post tergū eius stans. cum ea q̄
ibi tractabantur minus crederet. li
quorem ita in calice exundare uidit:
ut ad iustar olle feruentis super efflu
ens totam altaris superficiem operi
ret. Qua uisione satis est territus: et
spero q̄ per illam ad fidem sacramenti
sit reductus. Habebat autē liquor
exuberans formā sanguinis huma
ni. Ac si ei uoce xp̄i diceretur. Ego i ara
crucis propter te sicut aqua effusus
sum: et tu de medicina tua dubitas.
De heretico scolare qui uidit formā

sanguinis in calice in rylene.

Cap. xx.

Iohannes pastor de rylene
frater carnalis monachi tñi bernardi
missam quadam die celebravit: et mi
nistrauit ei scolaris quidam adultus
nomine hereticus. Qui cum post per
ceptionem corporis et sanguinis xp̄i
uinū calice infunderet: uisibilis cruo
ris formam in eo uidit. Sacerdos uero
uidere non potuit: et ideo forte quia ip̄e
in culpa non fuit. Idem adolescens cleri
catum deserens factus est miles: et us
q; hodie se xp̄i sanguinē fundere ostē
dit quia multos depredatur et affligit.
*Referam tibi aliam uisionē de qua mi
chi non constat utriū propter sacerdo
tis aliquot meritū siue culpam. uel
circumstantiū ostensa sit. de hildebr
to sacerdote de mestede qui uidit speciem
cruoris in calice cū duob; militibus*

Hildebrandus sacerdos. *xxi.*
de mestede iuxta conuadiam cū
die quadam missam celebraret: sc̄ā
transsubstantiacione sanguinē sepe
dicto modo transformatū uidit in ca
lice. Volens tanti miraculi habere tes
tes: duos milites ex suis prochiatis
qui eidem misse intererant aduocauit.
Qui cum non uini sed cruoris speciem
cum sacerdote uidissent expauerunt
ualde: multū tamen confortati sunt
in fide. *Non Satis expeditus sum de
sacerdote et circumstantibus: sed mi
ror si aliquādo huiusmodi miracula
contingāt propter eos qui p̄sentes nō
sunt. Non Etiam frequenter. De cor
porali sacramento infuso q̄ ablut nō
potuit donec inclusa dubitas ill
Sacerdos quidam uideret. xxii.*

in dyocesi colonienſi quadā die miſſā celebrans uulto dei iudicio calicem cū ſanguine in canone fudit ſuper corporale. Quod ſtatim humani cruoris concepit formā. Tuncq; dca miſſa ſacerdos nimis merens ſuper calicem illud lauſſet: rubeū colorem abluere non potuit. Tunc amplius territus orationes omnibus proſtratis ſuis inſtituit: corporale lauit ſed nō p̄fecit. Quo uifo tolleus ſacrū lintheum rodolphum ſcolasticū colonienſem uirum magni nominis accerſiuit caſū expoſuit: corporale oſtendit. et q; nullo liquore color ille ſanguineus abluī: nulla q; arte ſiue oratione poſſet deleri conſeſtatus eſt. Cui ille ſicut uir prudens reſpondit. **Eſt ne aliquis in parrochia ueſtra. qui de hoc ſacramēto dubitet?** Reſpondit ſacerdos. **Eſt quedam incluſa: que frequenter inde dubitat.** At ille. **Oſtendite illi: forte idcirco deus ueſtigia ſanguinis i hoc corporali deleri non ſinit: quatenus eis uilis illa in fide roboretur.** Quod cum ſc̄m fuiſſet. expauit mulier et credidit: et deus ſtatim priſtinū colorem lintheo reformauit. **Item de corporali infuſo in quo ſanguis hūiuit? appuit.**

Similis caſus contigit. **.xxiii.** apud nos: ſiue tamē diſſimili. Cum ſacerdos quidam in eccleſia cuius nomen exadit ſicut et ſacerdotis. uulſam feſtinanter et negligenter diceret: calicem fudit. Timens uero pro tāta negligentia ſi ad aures prelatorum deueniret diutius ab altaris officio ſuſpendi. caſum ſuppreſſit: dicta q; miſſa corporale complicauit et abijt.

Estimabat enim quia nemo uidiſſet. Erat enim ſacerdos ille et forte adhuc eſt male uite: uagus et negligens ualde Campanarius uero quē negligentia minime latuerat. poſt diſceſſum ſacerdotis corporale renoluit: et ecce ſanguis rubeus ac madens in omnibus partibus per quas liquor calicis defluerat apparuit. Territus homo de tam mirabili uiſione. ſtatiſſe coloniā accurrit. Conradū mīc prepoſitū maiorem tunc decanū ceterosq; priores conuenit: et quid predicto ſacerdoti contigerit. quid ue uiderit per ordinem recitauit. Cui preceptum eſt ut tali die allato ſerum corporali coloniā rediret. ut et ueritatem plenus agnoſcerent: et qualiter de tanta negligentia ſatiffaciendū eſſet plenus deliberarent. Ego eodem tempore ueni coloniā. et recitata ſunt michi omnia hec a bernardo magno eccleſie canonico. Quid uero poſt hec actum ſit. non intellexi. **Eſt ne tibi adhuc ſatiffactum tot et tantis exemplis: an adhuc plura requiris?** **No** Sic michi ſatiffecit oratio tua: ut iam nō dico credam ſed quod amplius ſciam poſt conſecrationē in ſpectu uini uerū eſſe ſanguinē ep̄i. Cum enim apoſtolus dicat fidem eſſe ſubſtantia rerum ſperandariū argumento nō appareat: que uisū tam manifeſte ut dictū eſt percipiuntur: iam non creduntur. ſed ſc̄ntur. Quod ſub tam multiplici teſtimonio uisum eſt: me uidiſſe reputo. **No** Adhuc ſubiūgam duo exempla: per que cognosces q; etiam quōq; dñs in ſimplici liquore operetur

miracula ad honore tantum sacramenti.
De infirmo cui ablutio coësa est in
Sacerdos quidam sanguine. xxiii.
 Sicut michi alius quidam religio-
 sus sacerdos retulit. infirmum aliquem
 uisitauit. Erat idem infirmus laicus
 ad modum religiosus. Qui aut sacerdo-
 ti. **Domine non hodie celebrastis.** Respon-
 dente illo etiam: egrotus subiit. Pe-
 to ut manus quibus tractastis sacrum
 christi corpus et sanguinem abluatis co-
 ram me: eritque mee infirmitati eadem
 ablutio antidotum. Quod cum fecisset:
 aqua in crathere nudo recepta est.
 De qua cum bibisset infirmus: resi-
 duam in cistam poni iussit et dilige-
 ter operiri. Postea cum eandem aquam
 requireret: puer ad cistam accedens
 non aquam in crathere sed purum
 sanguinem reperit. Quo allato, pro
 sacerdote missum est: a quo in ecclesia
 deportatus inter reliquias positus est.
Mo Quid sentis de sanguine isto? **Mo.**
 Non credo fuisse christi sanguinem. quia
 aqua in illum minime uertitur: nec
 uinum quidem absque debita sacerdotis
 benedictione. Deus uero ob deuotio-
 nem hominis clementer mutauit:
 ut ostenderet quod eundem sanguinem
 quem sacerdos cotidie sumit in ecclesia
 sacramentaliter: fidelis quisque in omni
 loco possit sumere spiritaliter. **De**
feria cui ultima ablutio in pane suscep-
ta est in sanguine. xxv.
 Quedam nobilis femina de enthe-
 nich sicut a quodam edocta fuerat.
 tertiam ablutionem ex digitis sacerdo-
 tis in pane recepit: credens si eandem
 per quatuor partes agri reconderet.

quod nulla aeris intemperies uel grando
 segetes lederet. Panem interim in sacri-
 nio reponens. dum tempore oportu-
 no accederet quatenus eum per agrum
 suum diuideret: in sanguinem eum coa-
 gulatum uidit conuersum. Territa
 minus marito eum ostendit. atque sa-
 cerdoti. Pro qua re omnes a prioribus
 coloniensibus citati. sacerdos satis pu-
 nitus est: illis uix se excusantibus quod
 nullum foret maleficium. Non enim placet
 deo si ad aliquos usus temporales sa-
 cramenta illa conuertantur. **Non**
placet quod dicitis. Nunc peto ut exem-
pla proferas de digne conficientibus.
Mo Prius tibi ostendere uolo qualis
 debeat esse uita sacerdotum digne confi-
 cientium. **Qualis esse debeat uita**
sacerdotum. xxvi.
 Gloria uite sacerdotalis in duobus
 precipue consistit: castimonia uideli-
 cet et scientia. Debet enim castus esse et
 litteratus. Exemplum castimonie ha-
 bes in zacharia patre sancti iohannis
 baptiste. de quo lucas sic ait. Et factum
 est ut impleti sunt dies officii eius:
 abiit in domum suam. Uix sue tempe-
 pontifices templi tantum officium ma-
 cupati. non solum a compleri uxorū
 sed etiam a domorum ingressu abstine-
 bant. Prostris autem sacerdotibus
 a quibus non carnalis successio. sed
 spiritalis perfectio queritur: qui
 cotidie preesto debent esse altari: per-
 petua castitas indicitur. Ex uero litte-
 ratus debeat esse: testis est malachi-
 as qui dicit. Angelus scientiarum est:
 et legem ex ore eius requirent. Hinc
 est quod hely sedebat ante fores tabernaculi:

ut responderet omni querenti. Audi quid illiterato sacerdoti per osee dicat. Quia tu scientiam repulisti: repellam te ne sacerdotio fungaris michi. **No** Numquid omnes sacerdotes illiterati repellendi sunt a domino? **No** Non. Quibus deest usus scientie exterioris: habeant ut predictum est lumbos penitentes et lucernas ardentes in manibus id est opera bona. Et si sibi commissos illuminare non valent verbo predicationis: ad diuinitum amorem illos accendere studeant exemplo bone conuersationis. Introdicens sacerdos ad altare dei. lauare debet faciem. os. et manus: id est maculas cogitationis. locutionis et operum. in labro eius quod fecit moyses ex speculis mulierum. Aqua est contritio: manutergium confessio. Quod illa abluit: ista abstergit. Specula mulierum sunt exempla sanctarum animarum. fides scilicet abrahe. obedientia ysaac. lenitas iacob. mansuetudo moysi. humilitas dauid. zelus helye. pietas ioseph. castitas danielis. In his si sacerdos se considerauerit: facile cognoscat suam imperfectionem. **No** Qualis esse debeat conficiens satis ostendisti: nunc me expedias in quibus consistat potentia conficiendi. **No** Que de his legi uel audiui: paucis uerbis explicabo. **Que exigantur in sacerdote ut corpus possit conficere. xxvii.** **Prima** exigitur in sacerdote ut possit conficere: ordo. uerba. intentio. **Quarta** est substantia panis et uini. **No** Et si post benedictionem panis. uinum per negligentiam non esset in calice? **No** Et consuetudine ordinis nostri

cogimur credere ubi esse corpus christi: quia benedictionem panis non repetimus sed calicis tantum. Simile sentio si sacerdos post prolationem uerborum illorum hoc est corpus meum. subsisteret. uerum calicis benedictionem perficere posset. Magister petrus cunctorum et sequaces eius hoc non concedunt. dicentes non posse fieri transsubstantiationem panis in corpus christi donec prolata sint hec uerba. hic est sanguis. et cetera. Quibus multi doctorum contradicere uidentur in suis scriptis: similiter et uerba euangelica. Prius dominus panem benedixit porrigens illum discipulis ad manducandum: iam non panem sed corpus suum. Postea quoniam cenatum est aliquo interuallo interiecto. benedixit calicem. Quis dicere audeat ubi non fuisse corpus christi: nisi calice prius consecrato? Nullus omnino. **No** Est enim talis casus sanguis christi? **No** Etiam in corpore non in calice. Non enim corpus christi est sine sanguine: nec tamen ubi est per conuersionem. quia ante prolationem horum uerborum. hic est sanguis. unum non est conuersum in sanguinem. **No** Da michi exemplum quod sub specie panis sit corpus christi ante quam calice benedicatur. **No** Superius capitulo secundo. habes exemplum in uisione godefridus qui mox prolatus his uerbis. hoc est corpus meum. uidit christum in forma humana. **No** Si statim corpus est ubi totus: superflue uidetur michi calice consecrari. **No** Sub duabus ergo speciebus celebrat hoc sacramentum ecclesia: ut anime et corporis susceptio in christo. et utriusque liberatio in nobis significetur. Nec

plus sub utraq; nec minus sub alte-
ra tantū sumitur hoc sacramentū.

Eadem ratio em̄ est ut ait hylarius
in corpore xpi que in māna p̄cessit.

De quo qui plus colligebat non ā
plus habebat. nec qui minus para-
uerat minus inueniebat. **Non**

Satis de hys expeditus sum. No.

Non inutiliter hys p̄missis uideant
quātum gratie et glorie mereantur
sacerdotes digne conficietes. **De sac-**

dox̄ i cur̄ manib; xpc̄ uisus est infra

inhēmerode canonem. xxviii.

Sacerdos quidam senex henricus noīe
ante paucos menses defunctus est.

uir sanctus et iustus; qui āuis plu-
rimis in eodem cenobio fuerat sacer-
dos. Hic cum die quadam in choro cō-

uersorum ad altare sancti iohannis
baptiste celebraret; quidam ex con-

uersis circumstantib; saluatorem
in effigie hominis in manibus eius

contemplatus est. Ipse tunc sacerdos
non uidit. Hec michi retulit quidā

ex senioribus domus illius. **de abbe**

hūano in cur̄ manib; hēric̄ cōuisus

Qp̄m uidit in missa. xxix.

Quis in eodem claustrō et ad itē
p̄nto altare dñs hermannus die quadā

missam diceret. henricus conuersus
de hart. cuius supra sepe memim. in

canone columbam miri candoris uir-
ta calicem uidit residentem. Vidit t̄

ante sumptionē infantem pulcher-
rimū; qui ex manibus eius usq; ad

summitatem crucis ascendere uisus ē.
Qui mox descendens sub specie panis

a sacerdote sumptus est. Ex qua u-
sione colligitur q̄ sub specie panis sit

ueritas corporis dñi; et q̄ illa ineffa-
bilis transsubstantiatio auctoritate fi-

at spiritus sancti. **hermannus uero ui-**

sione non uidit. No De malis sacerdo-

ribus questio michi nulla est; quare
autem boni sacerdotes cum quem in

altari esse credunt non uideant satis
amiror. **No** Ut non uidentō sed crede-

do amplius mereantur. **Fides non ha-**

bet meritū ut ait gregorius: cui hūa-

na ratio prebet experimentū. Cui

idem hermannus tunc prior existens i

hēmerode. nocte quadam infra ma-

tutinas deum orasset. ut sibi aliquid

reuelare dignaretur de statu suo: mox

ut residens oculos clausit. quidam ei

assistens forū in quali cyphi a conui-

uantib; portari solent argentei osten-

dit. Ipse uero sicut michi retulit oraci-

onis premisse renuiscens. cū intra

se diceret. quomō pertinet ad statum

tuū uisio patri humilis? Ille statim

superiorem thecam cuius cacumen

in nodū desinebat manu suspendit:

et ecce uidit p̄cedem dñia corporis. ca-

thema aurea ex eodem nodo dependen-

tem. Sicq; uisio disparuit. Et cogno-

uit prior corpus fuisse dñicū. quod

uigiter theca sui cordis per memoriā

circumferre consueuit: sperans ex hoc

sui statum in oculis dñi minus esse

despectum. Quantū in sacerdotibus

digne celebrantibus gracia ascendat

et merita crescant: uisiones subnere

declarant. de sacerdote q̄ infra canone

a terra suspenditur. xxx.

Non quēdam sacerdotem ordinē

dñi. qui hanc gratiam accepit

a dño: ut quociens cum deuotione

missam celebrat. per totū canonicū usq[ue]
ad sacrauitē consecrationē in aere ad
mensuram vnius pedis se stare senti
at. Nec mirū. deuotio enī ignea est et
semp[er] nititur sursum: nec magis p[er]p[etuo]
si quāq[ue] sibi attrahat suū exterius d[omi]ni
culū. Interior nō ei[us] casa siue d[omi]niculū
vni mens est. In qua maiorem habet
potestatem: quia illam i[n] celū subleuat.
Cumq[ue] tantam gratiam ab alio quo
dam sacerdote eius amantissimo com
perissem. scire nolens ueritatem. non
absq[ue] timore ab ipso cepi sciscitari que
audieram. Qui statim rubore perfu
sus: cum me confundere nollet ita esse
confessus est. Quando festinauerit et
sine deuotione celebrat. uel quā strepitu
circumstantiū impeditur. predicta
ei gratia subtrahitur. **¶** Quantū
ex hys colligo sumū silentiū sacerdotis
deuotio in missa silentio requirit. **¶** **¶**
Verum dicitis. si sacerdos legalis oratu
rus pro salute populi solus intrauit
in sancta sanctorū. et omnis populus
sicut de zacharia legitur erat foris ex
spectans hora tucensū. ne orantem im
pediret: quanto magis sacerdos gra
tie qui iam non corruptibile pro una
gente sacrificiū. sed pro totius mūdi
salute patri offert filiiū. sumā in alta
ri pacem requirit et silentiū. Vnde et
beatus ambrosius post eum angelū
monere solebat populi: ut a tulli et
ab omni inquietudine se temperaret
tempore canonis. **¶** Quod uero deuotio ig
nea sit et sursum nitatur ut prefatus
sum: subsequens uisio demonstrat.

De ulrico monacho uilariensi.
u uilario uilariensi. **Capit. xxxi.**

ante hoc bienniū monachus quidē
defunctus est nomine ulricus: iuue
nis disciplinatus et ualde gratosus
tam corpore quā mente uirgo. Hic cū
quinto decimo die ante mortem suā
missam celebraret: sicut michi retu
lit loci predicti prior. uenerabilis in
clusa uida nomine. cui deus multa
reuelare consueuit. globū igneum
super caput eius conspexit. Erat enī
tunc temporis grangiarius. Qui
cum infirmatus in extremis ageret
et abbas deisset: dixit ei quidam ex
circumstantibus. Velleis d[omi]nū ab
batem uidere. Etiam inquit ualde il
lum uidere desidero: ut presens cogau
dere posset michi emitti ad nuptias.
Et adiecit. Cras habebitis propter
me festū: scilicet duas missas. Quod
ita factū est. Nam altera die dicta mis
sa in conuētū post primā. erat enim
kalendas octobris. animā uirginē
efflauit: que a celestibus paranim
phis suscepta in ethereū thalamū
ad nuptias agni: et ad amplexus
sponsi deducta est. Post tertiam uo
celebrata pro eo missa sollempniter
in conuētū: sed in q[ui] ipse prederat
terre cōmendatus est. Et sicut michi
dixit d[omi]n[us] wilhelmus nūc abbas in
lariensis tunc prior ibidem: nec unū
quidem p[er]t[er]m[en] mortale deprehendere
potuit in eius extrema et generali
confessione. Fuerat siquidem magne
spei iuuenis uultū habens angelicū:
morib[us] bonis adornatus. natione
colomensis. **¶** **¶** Ulricū quantū ad
predictam uisionem similem iudico
sancto martino: de cuius capite uim

sacramenta offerret etiam globus igneus emicuit. **Mo** In utroque signum fuit magne deuotionis; cuius auctor spiritus sanctus est. qui in igne super apostolos apparuit. Unde non inmerito a sacerdote ante canonem sursum corda habere monemur. **de sacerdote qui dñs tantā contulit deuotionē ut uenter eius dirūpi uideatur. Cap.**

Aliū itidem noui. **xxxij**
Sacerdotem cui accedenti ad altare tantam dñs sepe contulit deuotionē; ut eius uenter sicut scriptum est in iob quasi mustū absq; spūaculo quod lagunculas nouas dirūpit ebullit. Et sicut michi confessus est adhuc eū uiuit; tam uehementes motus non nūquā in corde eius deuotio excitauit. ut pectus dirūpi uideretur. Oportebat eum motus eosdem propter circūstantes reprimere. Et peccatorū uincula huiusmodi impulsus non dirūperent. Huic congruit illud dauidicum; dirupisti uincula mea. et cetā. **No** Puto qualem mundis manibus sacrificent. qui tam flāmen pectus habent. **Mo** Et huiusmodi sacerdotes non solū mūdās sed lucidas manus tempe sacrificij habeant; sequentia declarant. **De richmude que hostiā in eleuacōe ad instar cristalli uidit plucidā. xxx**

Qum die quadam sacerdos in quidam in monte scē walburgis celebraret diuina. religiosa uirgo richmudis cuius memini in distinctione octaua. caplo septimo. post tergum illius stans hostiam in eleuacione tam lucidissimā uidit. et

tam perspicuā ac si fuisset cristallina; et radio solari perlustrata. Nec impediebant pollices sacerdotis quibus hostiā tenebat in aliqua parte hostie claritate; quia eadem gratia pollices dotabatur. **Accidit** tamen factam ibi fuisse putō transsubstantiacōem. Vocabatur autem sacerdos wilhelmus; etate quidē iuuenis sed uite regularis; in capella iuxta missiam professus. Visionem hanc richmudis quā supriori nostro gerlaco retulit; et ipse michi. **No** Si tanta claritas fuit in pane ut opinaris nondū benedicto; puto magnū esse fulgorem in ipso corpore dñico. **Mo.** Hoc sequens uisio prodit. **de deuocōe eiusdem quā contulit et de claritate quā uidit super altare infra canonem.**

Qum eadem **Cap. xxxij.**
Richmudis sicut ab eius ore audiui in predicta ecclesia ad missam matutinalem staret infra canonem circa sacramentū martiniā contēplata est claritatem. Putans primo quod radius solis per fenestram demissus altare illustraret. propius accessit; et ecce claritas eadem paulatim se oculis eius subtraxit. Et intellexit statim quia lux eadem fuisset ex claritate corporis xpi. non ex sole naturali; cuius ortum eadem hora longe p̄cesserat. De quā uero richmude et de eius deuotione circa sacramentū corporis xpi mira dicturus sum. Quando uero gratia comunicandi accedebat ad altare aliquādo ante percipiōnem aliquādo post labebatur. tenebat traheretur. m̄c mentis excessum. m̄c corporis defectum incurrens; ita

ut dicere posset cum iheremia. Factus est quasi ignis flammigerans in ossibus meis: et defeci sufferre non sustinens. Videntes hec sacerdotes sepe turbabantur: et circumstantes admirati sunt. Hec de sacerdotibus digne celebrantibus dicta sufficiant. Vis nunc audire aliqua de hijs qui digne accedunt: et tamen sacerdotes non sunt. **Non Volo et desidero ualde. Non** Quantū apud deum mereantur glorie et dulcedinis. quantū gratie et fortitudinis. quantū salutis et honoris digne communicantes seu communicare desiderantes: uariis tibi pandam exemplis. **De femina religiosa brabancie quā xps proprijs manibus coicauit.**

Nondum duo anni .**xxx.** elapsi sunt quod quedam religiosa femina in brabantia uida nomine de uilla que thozinibus dicitur ardentius nimis communicare desiderans. gratiam esurientem sibi a sacerdote suo impartiri humiliter et instanter postulauit. A quo repulsam passa. dicit se illo non debere feminas laicas participatione suo communicare. sed certo tempore. fleuit illa et ingemuit. Cuius ardorem summus sacerdos attendens: qui diu eam passus non est fraudari a desiderio suo. Eadem enim nocte cum in stratu suo iacens uigilaret. et orationibus uacaret: saluator cum multo splendore cubiculum eius ingressus: pyxidem in qua corpus eius in ecclesia solebat poni: proprijs manibus portabat. Erat quoque circa eum fragrantia miri odoris et multitudo angelorum in circuitu eius: qui con-

corditer cantabant antiphonā. Speciosus forma pre filiis hominum. **Et cetera.** Cumque illa beata ad tantam gloriam extupesceret: stans coram ea dominus ait. Quia sacerdos ille corpus meum tibi negauit: ego meis manibus te communicabo. Quod et fecit: hostiam unam de pyxide tollens. Sicque recessit. Erat autem alia femina religiosa eius socia. in eodem cubiculo iacens et ipsa uigilans: que omnia que dicta sunt uidit. Quod cum ignoraret altera estimans eam sopore depressam: mane suscitata est ab ea. utrum nam aliquid uidisset. Que respondit. Etiam. Hec et hec de te uidi. Tunc certior de uisione effecta mox ecclesiam intrauit: altare adiit. sacerdotem per quosdam uerborum ambages quid de corpore domini facere uel ubi illud reponere soleret interrogauit. Cui cum locum ostendisset: subiicit. **O**si michi liceret semper hic uersari: et respicere ad locum hunc sanctum. Petiuit etiam sibi thesaurum referari. Quod cum factum fuisset: ait sacerdoti. **N**ostis domine quot hic repositis particulas. Sic enim hostias uocare solent. Respondente sacerdote. etiam optime: subiicit mulier. **R**ogō ut numeretis illas. Quod cum ille fecisset. et una minus reperisset: ex nimio terrore pene amens effectus. corruit et fleuit. Cuncta siquidem firmacula. tam sermum quam pyxidem salua inuenerat. Tunc eum femina consolata est. quid uideris uel quid te hostia actum sit. exposuit: monens ne de cetero a tanta gratia tam uehemens desiderium repelleret. **Hec nobis**

relata sunt a iohanne monacho nro
qui eodem tempore de predicta uilla
ueniens ueraciter ea ibidem contigisse
cognouit. **No** Benedicta sit gloria
dñi de loco sancto suo. **Mo** Non mino-
ris glorie est quod sequitur: et si non
tam manifestum. **De hildegunde uidu**
a quam xps per scriptum coicauit.

In uilla lubbelare **Capl. xxxvi**
que duobus miliaris distat a colo-
ma. uidua quedam honesta et religi-
osa erat hildegundis nomine: amica
dñi henrici abbatis nri. Hec more
illius uidue euuangelice pene nuq̄
recedebat de templo. ieiunys et obse-
cracionibz seruens deo: habebat au-
tem filiu militem iuuenē nomine
wilhelmū: a quo modicu ei impende-
batur honoris amoris et consolatio-
nis. Et cum habundaret iuuenor na-
De homine cuius omnes liberos lupi

suffocauerunt. **lxxvi.**

De lupo qui puellam traxit in nemus

ut os de gutture loci erueret. **lxxvii.**

De bufone qui psequutus est theode-

ricum cognomento sanctum. **lxxviii.**

De bufone qui in phryla bibuli sacro-

dis repectus est. **lxxix.**

De bufone qui repectus est super altare

iudeoru cum celebrarent scenophegia.

De serpente qui vulnus **lxxx.**

satellitit luxit et sanauit. **lxxxi.**

De matrona flandrensi que serpente

in orbita bibit et in partu eunde effudit.

Item de muliere cui dormienti **lxxxii.**

serpens per os ingressus est et per partu

egressus. **E**xplicuit capitula. **amv**

Quid sit miraculu. **A**quo uel a quibz

fiant. **S**u in quibz. **Q**u sit ca miraculoru.

Capit. j.

Non sine ra-

tionem post

sacramen-

tu corpus

epi tracta-

tu suspiat

de miraci-

lis: quia

qui digne illud conficiunt uel eo par-
 ticipant. non nunquam gloria miraculo-
 rum illustrantur. licet est omnia qd
 in superioribus distinctionibus dicta
 sunt satis sint miraculosa. actamen
 in presenti distinctione aliqua de rebz
 miraculosis dicere proposui. Et bene
 hoc fieri arbitror in distinctione deci-
 ma: eo qd egiptus decem plagis ualde
 miraculose sit percussa. **Q**uid e
 miraculu? **N**o Miraculu dicimus.
 quidquid fit contra solitu cursu na-
 ture unde miramur. Sedm causas
 superiores miraculu nichil est. **N**o
Aquo uel a quibus fiunt miracula?
No Miracula fiunt deo auctore. sedm
 qd in psalmo legitur: tu es deus qui
 facis mirabilia. **F**iunt etia miracula
 tam per malos qm per bonos. **D**e bo-
 nis questio non est. de malis uero sal-
 uator dicit in euangelio: multi dicunt
 in illa die. dne. nouerim te in nomine tuo
 prophetauimus: et in nomine tuo de-
 monia eiecimus. **E**t cetera. **Q**uibus tamen
 dicit. nescio qui estis. **Q**ue e cau-
 sa miraculoru? **N**o Causa multi-
 plex est: nichil qd inexplicabilis. **A**liqui
 deus miracula operatur in elemē-
 tis: ut mortalibus ostendat suam po-
 tentiam. **A**liqui genera dat linguarū
 sine spm prophete: ut manifestet
 suam sapientiam. **A**liqui gratiam
 dat sanitatu: ut suam magna nobis
 reuelet misericordiam. **N**o **I**n quibz
 fiunt miracula? **N**o **I**n hominibus.
 in elementis igne scilicet aere aqua et
 terra: in aurbus piscibus animalibz
 et reptilibz. **Q**ue ut magis tibi fiant
 nota: aliqua de singulis tibi subiuga



exempla. De sanctis uero qui nostris
 fuere temporibus miracula plurima
 tibi dicere possem: sed scripta aliorum
 silentium michi imponit. Aliqua tibi
 tibi referam unde satis miraberis. Nos
 tris enim contigit temporibus quod se
 quitur. **De uirgato qui infra unam horam
 ab iherusalem translatus est in diocesi leodiense**
**in diocesi leodiensi uilla que .ij.
 elselo dicitur. laicus quidam habita
 bat religiosus nomine uirmandus:
 matris uirmandi monachi nri a quo
 nomen traxit auunculus. Hic tempe
 quodam peregrinationis gratia. cum
 quibusdam prouincie sue hominibus
 iherosolimam profectus est. In die uero
 pasche cum post sollempnia missas
 se ad reditum illi prepararent: eisq; p
 dictus uirmandus ut homo deuotus
 suaderet dicens. conueniens est fratre
 ut in hac sacratissima die quiescentes.
 omnes horas peraudiamus: psuade
 non potuit. Festinantibus eis ad por
 tum ipse remansit: omniaq; diei illius
 officia peraudiens. solus post eos die
 sequenti iter arripuit. Cui persona
 magne reuerencie in equo occurrens.
 atq; salutans. ait. Cur sic bone homo
 solus incedis uel unde uenis? Respon
 dente eo ab iherosolimis uenio. et sic
 atq; sic michi contigit: ille protinus
 subiuit. Ascende et sede post tergum me
 um. bene insequemur socios tuos. Quid
 cum fecisset. eadem die iuxta predictam
 uillam eum deposuit dicens. Cognos
 cis ubi sis? Dicente illo. prouinciam quidem
 agnosco. sed quid circa me agatur ig
 noro. Eques adiecit. Quia xpm hono
 rasti: idcirco missus sum ut te reduce**

rem. Ecce dominus tua: uade et enarra
 miracula eius que circa te gesta sunt.
 Quem cum noti eius uidissent. dixisset
 q; ubi sunt socii tui: respondit. Hodie
 fui in iherusalem. et reliquerunt me
 heri ibidem: precedentes me. Et non
 crediderunt ei dicentes. Senex iste delirat.
 Qui statim conciuum subsannacoens
 declinans. cum pecunia que ei superat
 et gratia celestis uectoris. limina beati
 iacobi apoli petiuit: et antequam socii eius
 redirent ipse rediit. Duplex ergo testi
 monio glorificatus. peregrinorum
 uidelicet q; in pascha in iherusalem
 sit relictus. et conciuum q; die sequenti
 in elselo sit uisus: ab utrisq; magnifi
 catus est dñs. tanta miracula ubiq;
 diuulgantes. Audi nunc aliqua de p
 sonis ordinis nri miracula. **De mo
 nacho idota qui in sompnis accepit gra**

Relatione nra predicandi. iij.
Relacione nra predicandi. iij.
 quorundam abbatum ordinis nri
 didici quod diciturus sum. Monachus
 quidam per uisionem nocturnam in ce
 leste templum se transpositum uidit: in
 quo alba et stola indutus coram dño
 euuangelium legit. Erat enim dyaconus
 et idota. Qui cum legendi benedicti
 onem postulasset a dño: huiusmodi
 responsum accepit. Ab hac hora habe
 as scienciam atq; uirtutem predican
 di uerbum dei: quocumq; tibi iur
 tum fuerit. Lecto uero euuangelio eu
 gilans: intellexit q; sompnum esset.
 Miratus tamen de tam manifesta vi
 sione dicebat intra se. Hodie lecturus
 es euuangelium ad missam. si eiusdem co
 loris inuenieris stolam qualem in celo
 uidisti. uera est uisio. Flutu uero sem

est dei. ut a sacrista stola consimilis expo-
neretur. **M**ox quasi de uisione certifica-
tus: quid uiderit abbati exposuit. **A**
quo iussus loqui uerbu dei usq; hodie
spremeditate tam excellenter et tam
efficaciter illud proposuit: ut omnes
suos auditores in stupore conuertat.
Alys siquidem temporibus nullus
est litterature. **N**o Miraculu salo-
monis qui in sompnis sciencia accepit
in isto resultat. **N**o Deus em sciencia
aru dñs est: aly sciencia miraculose
ut dictu est conferendo: alys non mi-
nori miraculo habitam subtrahendo.
**De clerico qui per immutione lecturam
perdidit et cursu anno reuoluto im-
muto sanguine recepit eandem. iiii.**

Abbas de lapide sci michaelis. **o**
tempore capli generalis per he-
mentode transiens casum mirabilem
nimis ibidem recitauit. **F**uit apud no-
miquit clericus boue ad modu litera-
ture. **H**ic cum die quadam in uena
sanguine minueret: sic omne scrip-
turaru scienciam perdidit. ut eam p
sanguine effudisse uideretur. **L**ictura
ab illa hora non cognouit. **L**atini ser-
monis nec unu quide uerbu intellige
uel proferte potuit. **E**t ut nouitris pri-
uatione sensus non fuisse in causa. s;
diuina potentia: omi reru prius ha-
bitaru plene retinuit sciencia. **Q**ui
cum tam mirabilem litterature sue
iacturam cum dolore multis exposu-
isset: quidam ei suasic dicens. **A**nno
reuoluto. eodem die et eadem hora iter
minuas: forte subtracta recipies. **Q**u-
cum fecisset: sciencia pristina recepit.
Ad dno factu est illud sicut ex pordencia.

et est mirabile in oculis nostris. **A**lys
etiam per alios dñs tribuit gratiam
sanitatum. **De conuerso eberbaco cui
tactu infirmi sanabantur. v.**

En eberbaco conuersus quidam erudit
homo simplex et bonus: etatis decrepi-
te. **H**uic dñs tantam contulerat gra-
ciam: ut tactu manus eius diuerse in-
firmitates fugarentur. **Q**uod ubi se-
cularibus compertum est: ex utroq;
sexu tam diuites qm pauperes. gra-
sanitatu ad monasteriu confluentes:
uirtutem benedictionis eius seuserunt.
Ex quoru conarsu uidens abbas fra-
trum quietem turbari et domu in-
expensis non modicu grauari: eide
conuerso ne alicui seculari de cetero
manus imponeret precepit. **E**t cessa-
uit ex illa hora in eo uirtus miraculo-
rum. **H**ec michi ante hoc bienniu cu
essem in eberbaco. a monachis trata-
ta sunt. **E**go uero uicu sanctu adu:
et cum rogassem eum ut pro me ora-
ret. simpliciter respondit. **C**otidie
oro pro te et pro toto mudo. **N**ouit
Quibus operibus meretur tanta
gracia. **N**o. **E**xemplo respondeam
tibi non uerbis. **De monacho contem-
ptore tyalli cui tactu uestimetoru
infirmi curabantur. vi.**

Retulit nobis nuper abbas qui-
dam ordinis nri. de quoda monacho
cui tanta a dno concessa est gratia:
ut uirtute uestimetoru eius multi
sanarentur. **S**epe si tamen adhuc
uiu. dum fratres uestes eius indu-
unt. uel cingulo se cingunt: sanantur.
Quod cu tempore quodam abbas
eius considerasset. nec aliquid specta-

litatis in eo uidisset. hys uerbis eum
secretius allocutus est. **D**ic michi fili:
que est causa tantorum miraculorum?
Respondit ille. **N**escio dñe. **N**ō plus
ceteris fratrib; oro. non plus ieiunio.
non plus uigilo. non plus laboro: s;
unū scio. q; me extollere non potest
prosperitas. neq; frangere aduersi-
tas: siue de persona mea sit siue de
alio. **C**ui cū dixisset abbas. non te
turbauit q; miles talis nuper gran-
gram nrām incendit: respondit. **N**ō.
Totum est deo cōmissi. **S**i modicum
habeo. cū gratiarū accipio actione?
si multū iterū gratias ago. **E**t cog-
nouit abbas q; causa tante uirtu-
tis esset amor dei: et contemptus re-
rū terrenarum. **S**ancte uirtutes
fides uidelicet spes caritas iusticia.
humilitas. obediencia. zelus disci-
plinae. atq; compassio. sepe gloria mi-
raculorū remunerantur: sicut sub-
sequentibus exemplis declaratur.

**de rustico fornicat in hemothoch
apostoli iacobū liberato. VII.**

Turta coloniam due generationes
rusticorū inter se graues satis ini-
micias exercebant. **E**t quibus una in-
firmior. in castrū uicinū he merzbach
se transtulit. **D**e quo partem aduer-
sam satis dampnificans. anni die qua-
dam unū ex eis cepissent: uolentes tres
ex eis aliquid pecunie ab illo extorq̄-
re. dicebant. **S**i non dederis nobis pe-
cuniam: puniemus te. **Q**uibus ille
respondit. **T**res obulos habeo: emite
ex eis cuneos et comedite. quia nichil
amplius habebitis. **F**idemq; habēs
in deo et in sancto iacobo. subiecit.

Quinq; marcas domi habeo iusta
mea et calceamenta noua. quibus
limina petam sancti iacobi. nō uobis
dabo illam pecuniā. **I**n die sancti
stephani profecturus sum: et ante
ortum diei a uobis recessurus. **M**u-
rantibus eis uerborū eius constan-
tiam. duos illi conpedes iposuerūt.
et in fornacem illum mittentes. octo
uitas nocte illa ad custodiendū. ei
deputauerūt. **Q**uem semel ac secūdo
interrogantes utrū adhuc ibi esset: q;
ille tot uicibus respondisset etiam ad-
huc sum hic: tertio eadem sciscitantib;
nichil respondit: quia uirtus fidei
iam illū clausa fornace eduxerat. **D**e
spe in superioribus multa dicta sūt:
uirtutem uero caritatis sequentia
deklarabunt. **de abbate qui i caritate
a mocho suo amonitus carnes dedit.**

Abbas quidam ordinis nrī. **VIII.**
monacho suo infirmo p̄cepit
in caritate carnes manducare. **I**lle
mor obediens licet inuitus: abbati
respondit dicens. **E**t ego uos rogo
in caritate eadem: ut meū illas come-
datis. **Q**ui statim deprecanti cōsen-
suetis resedit: morsellū de sartella tu-
lit et comedit. **S**equenti die si bene
memini in ecclesiam ubi homo qdā
a demouo uerabatur deuenit. **R**oga-
tus a circumstantib; ut eū adiuua-
ret: abbas uero in hec uerba prorupit.
Adiuro te in nūde spiritus in ea cari-
tate qua pridie propter monachū
meū carnes comedi. ut exas ab hoc
hominē. **Q**ui mor ad idē uerbum
erexit et fugit: ac si caritatis mēdiū
sufferre non posset. **Q**uantum deo

caritas placeat: ex uicio inobediencie plenius ostenditur. **De monacho qui carne fetidū cepit comedere cū abbi suo obedire nolleret ad esū carniū. ix.**

Alius quidam abbas cū haberet monachū infirmū, ut ad recuperationē uirū carnes comederet p̄cepit: sed ille pertinax nimis precipienti nō acquieuit. **U**t autem dñs ostenderet meliorem esse obedientiam qm̄ stultorū uictimas: inobediens monach⁹ mor̄ in tabiem uersus in agrū cucurrens, ubi canē mortuū inueniens, carnes eius fetentes auidissime comedere cepit. **E**t quia in carnibz peccauit: ī carnibus punitus est. **Q**uid postea de eo actum sit ignoro. **H**ec duo miracula michi narrauit magister iohes decanus aqueuisis, asserens sibi illa ueraciter recitata. **A**udiant hec monachi et obediant: neq; in conditam abstinentiam caritati preponant. **A**liud adhuc referam exemplū, per quod cognoscas qm̄ bona sit uirtus caritatis, et qm̄ periculosū sit uiciū inobediencie. **De feiā a demone liberata et ab eodē ob inobedientiam confracta.**

Nobilem quādam feiā .x.
In saxonia dyabolus obsidens, durissime uexauit. **Q**uam dum pro remedio sanitatis ad diuersa scōrū limina ministeriales eius durissent die quadam sacerdos quidam superueniens forma quidem despectus, sed gratia dei peditus: uexationi illius compassus est. **E**t multa eū caritate dñm exorans, demoniū eiecit: femina sanitati restituta. **C**ui tēdie in mandatis ut per dies triginta ī

eodem loco manens cotidie cōmunicaret: et singulas horas canonicas predictorū dierū peraudiret. **Q**uod cum fecisset nouem diebus, nichil sui deinceps suspicantes abduxerūt eā. **I**n uia turbite impulsā in armo atq; terecta sic totaliter contracta est a dyabolo: ut omnia eius membra humanis uisceribus similitima apparent. **Q**ue fuit causa pene tam crudelis? **M**o Inobediencia. **S**imile habes in dyalogo s̄a gregori de quodam clerico obsesso, et a s̄o benedicto liberato. **C**ui cū p̄cepisset ne unq̄m ad sacros ordines accederet, et ille post multos annos transgressor existeret: mor̄ eū dyabolus inuasit tam diu uexans donec spiritū eralaret. **De demone quē albertus schothart loculariter eiecit. xi**

Abbas de nuenburgh que est abbatia ditissima nigri ordinis in saxonia: nuper per nos transiēs, retulit nobis miraculum de curate cuiusdā obsesse uicidissimū. **E**t inquit apud nos miles quidam religiosus albertus nomine cognomēto scothart. **H**ic ante conuersionē in armis erat tam strenuus, in milia tam notuatus: ut pene om̄s nobiles terre nre certatim sua uineta, detrata uidelicet et uestimenta preciosa dirigerent: quatinus illum sibi associarent. **D**ie quadā dum quedam puella duodecim annorū cuiusdam militis filia, in quadam sedens ecclesia exorzaretur: īrisim resoluta clamauit. **E**cce amicus meus uenit. **R**equiritibus de

quo diceret: respondit illa. Bene uidebitis eum. Dicebat enim de predicto milite: qui eadem hora satis remotus fuerat ab ecclesia. Qui quanto plus propinquauit: tanto plus illa exultauit. Et cum ecclesiam intraret: illa ei assurgens et manibus plaudens. salutauit eum dicens. Ecce iste est amicus meus: redite. sinite illum appropinquare. Erat enim indutus uestibus purpureis atque cultellatis. Qui cum accessisset ad eam. et dixisset ad illam. sum ego amicus tuus. Respondit per os puellae dyabolus. Etiam amicus meus optinuis. omnem enim uoluntatem meam facis. De quo uerbo miles satis turbatus est: licet dissimularet. Subridens tamen sic ait. Tu demum stultus es et fatuus. Si prudens esses nobiscum ad torramenta pergeres: in quibus homines capiuntur et occiduntur. Ut quid sine causa ueras puellam hanc inuocam que non peccauit. Dicente dyabolo. si uis ut tecum pergam sine ut intrem in corpus tuum: respondit miles. Certe non intrabis in me. Et dyabolus. Concede ut sedeam in sella tua. Quod cum negasset. petiuit in aliqua parte equi uel feni: que omnia negata sunt ei. Ad quem cursu dyabolus. Non possum pedes currere: si uis ut tecum uadam. aliquem michi saltem locum concedas circa te. Si uero puellae compassus: aut demoni. Si illam uolueris deserere. concedam tibi unam lingulam pallii mei. tali conditione ut in nullo me ledas: et tam diu michi adhaereas quam diu torramenta quero. Quando tibi precepero: uo-

na tua uoluntate sine contradictione recedes. Et iurauit ei dyabolus dicens. Non te ledam sed promouebo. Erigens se de puella lingule pallii eius insedit: mirabili motu se prodens. Ab illa hora tantum glorie in toramentis militi accessit: ut quos lancea decere uellet deceret. quos capere caperet. Cum eunte ibat: et cum loquente loquebatur. Quando prolixius in ecclesia orabat: dicebat. Modo mirumuras nimis. Quando aqua benedicta se aspersit: iterum aiebat. Vide ne me tangas. Cui miles. Si una gutta te tetigerit: non michi placebit. Tempore illo quo crux iudicabatur: cum miles intraret ecclesiam grana signationis: dyabolus illum retrahere nisus est. Quid hic agis? Respondit miles. Deo propono seruire: et tibi renunciare. recede ergo a me. Hec dicente milite: respondit sathan. Quia tibi in me displicuit: Numquam te lesi: sed ditauit. Per me gloriosus factus es inuis. Attamen tecum manere non potero nisi consencias: quia hoc promisi. Tunc miles. Ecce crucem iam suscipio: et ut illico nunquam reuersum recedas a me. in nomine crucifixi te adiuro. Et reliquit eum dyabolus. Qui mox cruce signatus mare transiit: ubi duobus annis christo militans reuersus hospitale magnam atque ditissimum peregrinis et pauperibus edificauit. Habebat enim annuatim in redditibus plus quam trecentas libras argenti teste prefato abbate. In quo hospitali usque hodie cum uxore sua in habitu religioso membris christi seruit.

Decima distinctio

religiosorum omnium maxime ordinis nostri
susceptor deuotus. Quibus in uoco di-
cere solet. Vos domini abbates et uos mo-
nachi non estis sancti. nos milites re-
namentis operam dantes sancti sumus:
quia demones nobis obediunt: illos quod
ei amus. **Ad** Nesciui demones sic uo-
culariter eici posse. **Mo** Non uocus
sed uirtus compassionis illum erexit.
Quantum apud deum posuit caritas atque
fraterna compassio: subiecto declarat
miraculo. **de theoderico milite de rulant**
quod in fluxu sanguinis laborans sarcinam
miraculose fugauit. xii
Frater walterus monachus in
hemerode referre solet miraculum
mirabile: cui se inter fuisse memorat.
Cum peregrini in prima expeditione
obsiderent ciuitatem acharon. contigit
quadam die ut egressi sarcinam ma-
nu uolenta propellerent christianos in
castra sua. Erat autem tunc ibi miles
quidam iuuenis theodericus nomine:
frater domini cononis de rulant qui ad
huc uiuit. Is fluxu sanguinis adeo
laborabat et infirmabatur: quod in lecto
suo non per se sed in iureamine uer-
tebatur. Hic audito strepitu et clamore
fugientium: interrogauit quid hoc
esset. Et cum audisset rem. iussit sibi
afferi arma sua: et se armari in lecto
sedendo. Tandem strato dextrario suo
et accinctus ense iussit se leuari super
equum suum: et fluebat sanguis etiam in
sellam. Accepta quod lancea exiit dicens
Deus adiuua me et sancti sepulchrum.
Cum tanta uehementia prorupit in sar-
cenas transiens et circumquans. pau-
ciens et propellens: quod omnes christiani

animati et confortati sunt per eum
solum: adeo quod eiecerunt hostes a castris.
Quo facto rediit ad lectum infirmita-
tis sue: et tertia die mortuus est. Au-
di nunc de iusticia miraculum satis glo-
riosum. **de milite cuius uinea collecta**
ob perfectione decimarum repleta est

Miles quidam miraculose. **xiii**
in dandis suis decimis tante erat
deuotionis ac iusticie. ut ei summi esset
studium illas soluere sine mora sine do-
lo sine ueracione. Habebat autem
uineam quadam que circa decem car-
ratas uini annuatim facere solebat.
Tempe quodam ut post patuit ma-
gis ex dei dispensacione quam ex aeris
intemperie. postquam collectum est ui-
num expressum: una tantum inuenta
est carrata. Quo audito miles sermo
suo uerbum memoria dignum respondit.
Quod meum erat inquit michi dominus tu-
lit. ego illi portacionem suam non aufe-
ram: uade et da sacerdoti carratam
hanc pro decimis. Quod et factum est.
Eodem tempore miles germanus
sacerdos quidem iuxta predictam ui-
neam transiens. eam uis uideret
uidit: mox quod ad fratrem intrans
de negligentia illum arguit dicens.
Quare nondum collecta est uinea ue-
stra: Respondente illo diu collecta est.
sacerdos subiunxit. Nequaquam: iam
illam plenam uidi. Quisquam est et
inuentum: nec unquam aliquo anno
uberiores fructus fecit quam in illo.
Hec nobis eodem tempore recitata sunt:
et satis doleo quod nomen militis siue lo-
ci non retinuit. Aliud tibi referam de
humilitate miraculum satis magni.

De conuerso cuius oratione olla contracta miraculose reparata est. xiiii.

Hic in heineuade conuersus quidam nomine euerhardus, custos medie porte. Is aliquando egressus cum fratribus carpentariis tempore hyemis in siluam: eorum utensilia custodiebat et abaria preparabat. Una die cum solito tardius surrexisset ad uigilias, egressis fratribus ad laborem, ipse orationes suas accelerabat: ut illis pulmentaria tempestiuus preparare potuisset. Inter orationem apposuit ollam exani foco: sed aquam oblitus est infundere. Post horam olera impositurus inuenit ollam candentem: subito turbatus et factus sine consilio, ut subueniret olle aquam frigidam infudit. At illa ut sue nature est, dissiliendo statim contracta est. Illa uero ollam in qua laborantes procuraret non habens, genua ad orationem flexit: et cum lacrimis deum suppliciter implorauit, ut misericordiam et consilium sibi daret: quatenus pro nomine suo laborantes respectato non priuarentur edulis. Dominus humilitatem ministerii eius attendens: orationem eius exaudiuit. Qui surgens ab oratione, ollam eandem iuxta se integram stare conspexit. Graciam igitur deo agens, ollam accipit: aquam infudit: ignibus admo-uit olera imposit: et ea quam uelociter potuit coxit. Quibus sufficienter decoctis, horam tertiam signauit: et fratres oratione completa ad refectendum conseruit. Post refectum

autem profecti sunt: quia toto illo tempore quo ibi demorati fuerant, tam bona olera non comedissent: simul et mirati sunt, quod citius solito tertiam signasset: cum ille ex diuerso ipsos indignantes putasset, quod tardius solito eam pulsasset. Admirum in deo tunc illa horam sibi plurimam preterisse crediderat, quia diuine cooperationis inestimabilem dispensationem non plene sentiebat. De obedientia uero subiugam miraculum: iam in deo excellencius.

De conuerso ob cuius obedientiam pisa in agro sicca uersa est.

In prefata domo conuersi. xv.
Pisa messuerant. Que dum ad siccandum sparsa iaceret in agro: uenerunt idem conuersi ad priorem dicentes. Nisi totus coniectus ortus exeat nec non et infirmi, pisa uertant: tota peribit. Timebant enim pluuiam imminere. Et precepit prior omnibus qui ire possent, ut se prepararent. Mox ex infirmitate conuersorum frater quidam simplex exiens, ex multo feruore obedientie ante omnes festinabat: et cum illi agro in quo pisa iacebat propinquasset, illa mirum in modum in oculis eius per diuersa loca se uertebat. Quod ubi uidit: deo gratias agens rediit. Cui prior occurrens ait. Cur reuertaris frater? Respondit ille. Domine non est necesse ut procedatis: quia pisa totaliter uersa est. Quis inquit uertit illa? Respondente humiliter conuerso, ille qui bene facere potuit: prior ut ita esse comperit, non absque multa admiratione cum conuerti reuersus

est. **No** Jam non ambigo quia magna sit uirtus obedientie: que tanto miraculo remuneratur. **Mo** Sicut deus obedientiam in subiectis: ita zelum discipline diligit in prelatiis. **De sophia albilis cui tenuis ceruicia in uouene uersa est in uinum. xvi**

Idomo sanctimonialis ordinis nri q̄ abbati nro comissa est anno preterito abbatissa quedam defuncta est: nomine sophia. Hec tam feruens et tā rigida fuit circa disciplinam: ut sorores sepe turbate quod erat uirtutis uiciū iudicarent. Huic aliquādo tenuis ceruicia est in uinum conuersa. Quam etiam angelus qm̄ quadam nocte cum de matutinis exiret cū laterna anteiret. Hec duo miracula in extremis confessa est abbati nro dno henrico. Hic cum canonicus esset in ecclesia hincensi. et ipsa sanctimonialis in dpt̄ burthen que est domus nri ordinis. deo inspirante ille relicto omnibz conuersionis gratia ad domū nrām uenit: et ip̄a pro eius perseverantia quanto intentius potuit dno supplicauit. Pauca diebz elapsis cū a fratribus suis carnalibz ui fuisset reductus. ante habitus susceptionem: ip̄a iam desperans dimisit orationē. Quam ip̄e mox i sompniis q̄ hoc arguens. et ut omillas orationes reciperet amonens. adiecit. **Prima missam meam audies in ordine cisterciensi. Quod ita dei nutu factū est. Nam ip̄e ad nos rediit. et ip̄a habitū mutauit: sicq; in mōte scē walburgis ubi tūc priorissa fuit primā eius missam audiuit. Sicut**

autem deus bonis et amara quecum granarū actione gustantibus conuertit in dulcedinē: ita aliquādo ingratis dulcia in amaritudinē. **De pistrice blasphemate cuius pasta in finū uersa est. xvii.**

Quam post confirmationē octo mis in regno tanta esset habūdācia annonę. ut in episcopatu coloniensi maldrū quicq; uel sex denariis multo tempore uenderetur: contigit in quadam eiusdem dyocesis uilla cuius nomen exadit miraculū dignū memoria. Pistrice quedam panes ad coquendū formauerat. Et q̄a tempe habūdancie pistrices modicū lucratur: illa comota clamauit ad puerū suū. **Micchanus** hunc finū in cuba nū. Iusto dei iudicio finū est ei scdm̄ uerbi suū. et pasta pulcherrima p̄ decoctionē conuersa est in finū. Extrahentes uero panes cū reperissent formā non substantiā. extrinuit: et finū fino miscens tantū miraculū celare non potuit. **Marcmanus** monachus noster tūc temporis cellerarius partem unius panis nobis attulit: quem curiosius considerantes nichil in eo uidimus nisi finū conglutinatū. Valde enī celebre finū est hoc miraculū tempe eodem. Sepe enī deus homines in ea re qua peccant punit. Verbi gratia. **De ottone de schoneburg qui p̄ totam quadragesimā cenes cōedit et p̄ pascha**

Nobilis uir octo **ill uelū neq; xviii**
De sconeburgi patre suo exi-
 tente ex illa parte maris in seruitio
 dñi: ipse inique egit contra dñm et

aduersus seruum eius parentem proprium.
 Nam sicut ipse suis auxiliariis condixit.
 cures quidem quod iam dicto castro
 attinet dolose quasi aliquid cum
 eis tractaturus. capere et exactionem
 in eos facere proponebat. Qui cum
 imminuti fugissent: uxores eorum et
 liberos spoliavit. Et quia tam iniquum
 egit contra suos: dominus plaga insana
 bili illum percussit. Addita est et pe
 na mirabilis. Nam in preterita qua
 dragesima. tantum appetitum habuit
 carnes comedendi: ut non solum eis
 non carere uellet. imo etiam eorum
 suum ad comedendum illas secum vi com
 pelleret. Quas cum pertinacius man
 ducasset per totam quadagesimam
 usque ad sextam feriam ante pascha.
 dixerunt ei quidam. Domine. hodie dies
 est dominice passionis. dies christiane afflic
 tionis: hodie carnes omnino come
 dere non licet. Quibus respondit. E
 go hodie comedam sicut hactenus
 comedi. **Miraculum.** In ipso sacratissimo
 die pasche quando carnes benedicuntur.
 et fidelibus per sacram communionem
 illas comedere licentia datur: ipse illis
 ob predictam transgressionem iusto dei
 iudicio ueluti non potuit: piscibus
 deinceps utens usque in diem mortis
 sue. **No.** Justus est dominus. **No.** Ad hono
 rem domini saluatoris de eius sacra yma
 gine aliqua subnectam exempla:
 deinde ueniam ad elementa. **De**
crucifixo apud sanctum goarum vulne
ratum de quo sanguis exiit. xx.

Tempore discordie inter othone
 et philippum in oratorio sancti
 goaris confessoris quod situm est in

territorio treuerensi. et est firmissi
 mum. tamen propter situm loci. tum propter
 structuram: provinciales se sua que
 transtulerunt. Quo cognito wernerus
 de bo lant uir potens et diues. cum ad
 expugnandum illud arietes machinas
 que applicuisset. nec tamen profecisset:
 ymaginem crucifixe ligneam huius qui mi
 rus erant contra hostes in quadam
 fenestram posuerunt. sperantes quod ob
 illius uenerationem loco parcerent. Qui
 dam uero ex balistarum de cruce non
 curans. imo locanti illam indignas
 telum misit: et sacram ymaginem in bra
 chio profunde satis vulnerauit. **Miraculum.**
 mirum in modum antiqua renouatur
 miracula: et ad instar uene humane
 sanguis de loco vulneris cepit stil
 lare. Timore tanti miraculi postea pre
 dictus wernerus cruce signatus est.
 Audiens tanta mirabilia dominus philip
 pus octoberburgensis locum adijt: de rei
 ueritate inquisiuit. Cui cum ab omnibus
 hoc quod predictum est diceretur: iude
 us qui tunc casu affuit abbatem in
 partem traxit dicens. Vere domine: ue
 rissimum est quod audistis. Et sicut ipse
 michi tetulit: multo amplius delect
 abatur in testimonio mirum. Ad
 huc telum ibi reseruatur: adhuc uul
 nus et sanguinis stigmata illuc ostē
 diuntur. Virumque abbas noster se
 uidisse testatur. **Itē de cruce laurentis**
ad simile contigit. xx.

Quoniam idem tempus octo contra
 philippum ascendens cum exercitu
 usque wilsenburgh peruenit. Vbi satel
 litibus eius quadam ecclesiam intra
 tabus. unus ex illis crucifixum in loco

enimmeti positum. tunica linea et cum multo studio confecta tertium uidit et concupuit. Quam cum manu non posset attingere: lancea misus est extrahere. Et quia firmiter ymagini conuicta fuit: in diuersis locis illam pupugit. Dominus uero ut sibi factum ostenderet quiddam eius ymagini in uirgine uel contemptus irrogatur: egit sua potentia ut de singulis puictionibus sanguis ubertim emanaret. Semel enim adhuc mortalis confusus atque lanceatus est in terris: et tamen cotidie sedens ad dexteram patris se configi per prophetam conqueritur dicens. Et me crucifigit gens tota die. Quanta uero pena tales sequatur: sequens miraculum declarat. *De furtibus qui in templo crucem furati sunt et suspē*

Apid si. Capit. xxi. *o*
inferius traiectum hoc anno sacrarum in ecclesia sancti Martini fures effringentes: quosdam thesauros una cum cruce preciosissima gemis et auro decorata, asportauerunt. Qui cum essent plures duobus crucem committentes: ipsi cum thesauro abierunt. Mane cum tantum sacrilegium ad noticiam episcopi atque canonicorum puenisset: dolentes ualde, maxime de cruce obportione ligni domini: milites per diuersas uias miserunt: qui fugientes insequerentur. Hi uero qui crucem portabant: per stratam publicam mcedebant. Ad quos cum puenissent milites: nichil de eis mali suspicantes, pertransierunt. Christus uero in quem peccauerunt fures a sensu alienati, gressum fecit: ita ut a strata declinantes

paludem intrarent, nec tamen motis pedibus procedere possent. Altera uero die predicti milites reuersi: cum eos pene in eodem loco et maxime lutum calcando uidissent mirati dixerunt. Isti sunt quos heri hic dimisimus. Ad quos cum unus clamasset, boni homines male inceditis, quare non ascenditis stratam tertiam? Responderunt illi. Bene incedimus: non uos sollicitet iter nostrum. Tunc unus ex militibus deo inspirante dixit ad socios. Aliquid istud portendit forsitan rei sunt: teneamus illos. Ad quos cum descenderent: crucem paludi misert. Interrogati uero de furto: responderunt. Nos crucem tulimus, ubi sic sumus: sed nisi certi de uita simus, nunquam illam ostendemus. Quid plura? Ducuntur ad episcopum grana crucis promittitur immunitas: cruce ostensa reportatur, extra prouinciam conduuntur. Et quia iustus iudex nullum peccatum relinquit inultum, et sepe peccato puniit peccatum: permisit ut sequenti die iterum ecclesiam infringerent: in qua capti sunt et suspensi. *Adiu*
Satis euidentis fuit hoc miraculum. *Mo* Tanta est uirtus crucis: ut et suis contemptoribus ut dictum est inferat penam, et uenerantibus illam restituat sanitatem. *De matrona que sine dolore peperit cum consensu daret in mari signatorem. xxi.*
Qum oliuerus scolasticus coloniensis crucem predicaret in flandria, sicut ipse nobis retulit: inter reliquos signatus est ibi miles diues et honestus. Quod ubi uxor eius cognit:

afflicta est usque ad mortem. Erat enim uicina partui. Adquam oliuerus consilio mariti ingressus: inter uerba consolationis addidit et hec. Si consilio meo acquiesceris, et uicū tuū xp̄o militare permiseris: ab imminenti piculo sine dolore liberaberis. Cumq; illa uerbis eius placata fuisset: scolasticus subiecit. Tempore partus ueste mariti tui signata, te contegas: et crucis uirtutem senties. Solebat enim cū maximis cruciatibus parere. **Miraculi de clemencia.** Instante hora pariendi, illa non in memor consilij, pallio utri se texit: et pene sine omni dolore partum effudit. **Alia de cruce eque miraculosa in sequentibus tibi recitabo: quia ad elementorū miracula festino. Non.** Quot sunt elementa? **Non.** Quatuor ignis uidelicet, aer, aqua, terra. De igne elemento q; superiori ad quod stelle pertinent, primo loco dicendū est. **Postea de ceteris per ordinem. De diuisione solis in tres partes. xiiii.**

Anno dñi Milleſimo ducentesimo sexto, philippo rege celebrante curiam sollempnem cū principibus: signū magnū apparuit in sole. In tres siquidem partes diuisus est: ita ut interualla essent inter partem et partem, ad instar lily tres flores habentis. Quod ubi notari cepit, multi concurrerūt: super tanto miraculo disputantes. **Hermanus** uero langrauius interpretatus est, q; unus ex principibus imperij eodem anno moriturus esset: nec erat idonea interpretatio eius. **Post multā horā conuenerūt partes, et redintegratū**

est corpus solare. **Abbas karolus uilariensis, nec non et monachus eius wigerus eadem curie interfuerūt, que dicta sunt uiderunt: nobis eodē tēpe uisa referentes.** **Facta est hec uisio tercio kalendis february. Item de eclipsi solis in morte philippi regis. xiiii.**

Mense sequenti scilicet pridie, v kalendis martij aliud signū apparuit in sole: non dico miraculosū quia naturale, sed magne rei prenoscitū. **Facta siquidem est eclipsis solis tam magna tēpe meridianis: ut uix aliquid splendoris superesset. Multi uidentes extimuerūt: dicentes aliquid magni fore uenturū.** In luna uero signa non defuerūt: que eclipses magnas solito crebrius passa est. **Et si in stellis signa quæris: quod uidi referam. de stella que uisa est colome post meridiem. xv.**

Post mortem henrici imperatoris cum de successore colonie in palatio tractaretur, post meridiem uisa est stella lucidissima: concurrentib; nobis in curiam episcopi omnes illam uidimus, sed quid portenderet uisio tam insolita scire non potuimus. **Item de stella maxima que apparuit p̄. solis occasum. xvi.**

Similiter hoc anno **casum. xvi.** per duas ebdomadas uisa est post solis occasum stella tante magnitudinis, ut ad instar ignis splendorē de se emitteret. **Iudei asserunt eā signū fuisse sui messie aduentus. Hec dicta sunt de signis stellarū. Porro de igne ethereo, fulmine scilicet atq; tonitruo, que ex collisione nubium gignūt: aliqua proferam exempla, ut noueris**

secundum uerba saluatoris terrores de celo
et signa magna etiam hijs temporibus
contigisse. **De tonitruo et fulmine**

in nocte sancti Mathie, xxvii.

In uigilia sancti mathie apoli erit biennium
quod in colonia contigit res satis miracu-
losa: quia insolita. In crepusculo eius-
dem noctis ignis cadens de celo turri
sancti andree incendit: similiter et
sepem circa curiam cuiusdam cano-
nici. que per multos ciuium labores
extincta sunt. Eadem autem nocte
glacies fuerat congelata. unde et mi-
raculum reputabatur: quod tonitrua
audiri et fulmina uideri poterant.

Aliud tibi referam exemplum terribi-
le satis. **De theatro in saxoniam ful-**
minato. Cap. xxviii.

Sacerdos quidam de saxoniam in
michi retulit miraculum stupen-
dum. Hoc inquit anno in terra nostra
in quodam theatro fulminati sunt
viginti homines: solo sacerdote euadente.

Fugit enim cum alios ardere uideret.
Decebat enim ut ignis quo nichil leui-
us est: leuitatis amatores puniret.

Mo Miror quod sacerdos non est punitus:
cum ipse plus ceteris credatur peccasse.
Mo Sepe deus sacerdotibus parat.
propter ordinem. sicut legitur de aaron
quem non percussit lepra sed sororem:
cum tamen legatur sorore non minus
peccasse. Vel forte aliquid boni deus
in eo preuidit: propter quod illi peccat.
Quod uero aliquando ob huiusmodi
leuitates deus sacerdotes puniat: post
est exemplum. **De sacerdote in eliza-**

ria fulminato, xxix.
Et uilla in episcopatu treuerensi

elyzaria uocata: in qua anno preterito
quarta feria ante natiuitatem sancti
iohannis. contigit hoc grande ac terri-
bile miraculum. Sacerdos loci hericus
nomine. dum sederet in taberna: facta
est intemperies aeris maxima. Quo
festinate cum campanario suo in ec-
clesiam: campanas pulsare cre-
uit tempestas et nebula. et menarra-
bilis strepitus in ecclesia. Veniensque
repente ictus turbine prostravit u-
triuosque clericum et campanarium: ita
quod campanarius sub clerico iacebat.
Campanarius uero in nullo lesus est:
clerico extincto. Cuius genitalia ex-
usta sunt: reliquo corpore intacto. Que
fuitus eius accurrens calcando extin-
xit. et auulsit. Ex quo patet. fornicato-
rem illum fuisse. Vestimenta uero eius
ita sunt lacerata. ut nulla particula
cohereret solide parti. nec solida esset
excepta illa particula in qua depende-
re solebat manipulus in sinistro bra-
chio. Sed et stualia sua que noua e-
rant ita sunt dilacerata: ac si fulminis
dissipata essent. Solee uero sic sunt
facte: ac si in aqua feruida fuissent
decocte. Campanarius autem in maxi-
mo timore ac stupore lateus. uidit
demones insultum facientes in ecclesia:
sed et capsula que erat post altare. p-
siliit super altare. et apertura facta
est in ea que adhuc ita remanet. Si
uero quorum reliquie ibi sunt. egressi
fortiter resistebant demonibus: et
fratrum est ibidem uehementissimum certa-
men. Tandem deuicti demones. cum
corpus asportare non possent: premi-
tekti secum abstraxerunt. Refert idem

campanarius q̄ corpus sacerdotis usq̄
ad tectum turris sub qua pulsantes
steterūt. et sub qua prostrati iacebāt
uolencia demonū aliquoacens sic rap-
tum: sed beneficis sanctorū relapsū.
Aut clericū eūdem tūc de nouo acq̄
sisse coronam corizando: quā quasi
uictor iuxta domū suam suspendit.
ut ibi stulti homines iudicent: duce-
rent q̄ choreas. Hoc etiam te scire uo-
lo et probare exemplo: q̄ sicut deus ut
dictum est malos per fulmina atq̄
tonitrua de celo punit: ita per eadem
aliquādo bonis succurrit. **De richwino**

a p̄donib; p̄ tonitruū liberato.
Richwinus cellerarius **xxx.**
noster cū die quadam tempe
discordie inter sepe dictos reges de co-
lonia exiret: non procul ab urbe plu-
res armatos ex latere strate publice
in suis dextrariis sedere conspexit. Qui-
bus uisis cum satis timeret. uinis ex-
cis cursu rapidissimo ad eum uenēs:
equū eius per frenū tenuit: quē hys
uerbis superbe allocutus est dicens.
Dñe monache descendite: oportet me
habere equū istum. Dixit uerba finierat:
et ecce dñs non uerbo sed tonitruo pre-
domi pro seruo suo respondit. Nam cū
tota illa die nulla fuissent audita to-
nicua. ictus tam ualidissimus ino-
pinate perlonuit: ut equus satellitis
gembus terram peteret: et ipse in tan-
tis tergo uix inhereret. Mor q̄ manū
a freno monachi retrahens: ait satis
humiliter. Ite in pace: bonus enī uir
estis. Cui ille regratius letus p̄cessit:
diuinitus se liberatū recognoscens.
Hec michi idem richwinus ore suo cō-

fessus est. **No** Valde timendus ē. cui
sic ether famulatur. **Mo** Non solum
ignis ethereus. sed et terrenus q̄ lignis
nutritur et ab hominibus succeditur
ei deseruit: nūc ad creatoris nutū vim
naturalem cohibendo: nūc in re frigida
non minus miraculose eandem ex-
terendo. **De uidua que mensuras suas**

ponens contra ignē domū suā ab incendio
libauit. xxxi.
Uidua quedam ceruisiā braxare
ac uendere solebat. Die quadam cum
ciuitas casu fuisset incensa ip̄m q̄ ince-
diū domui eius appropinquasset: illa
non habens spem in auxilio humano.
ad diuinū confugit. Nam omnia sua
uasa quibus ceruisiam emptoribus
mensurare solebat: ad ostiū domus
contra flammās ponens. in multa
cordis sui simplicitate sic orauit dicens.
Dñe deus iustus et misericors. si vni-
qm̄ aliquē hominū hys mensuris
decepi: uolo ut domus hec cōburatur.
Si autem feci quod rectū est in oculis
tuis. precor iusticiam tuā: ut in hac
hora misericorditer respicias necessi-
tatem meam: et michi meā supellec-
tili parcere digneris. Mira fides fidei:
mira dei humilitas. Is qui dixit. qui
mensura mensi fueritis remeatur
uobis. ac si ei oratione fidelis seruus
conclusum fuisset: flammās omnia
in circuitu deuorantes. a domo eius
compescuit: cunctis stupentibus q̄
ignis furcens materiam cremabilē
lamberet nec incenderet. Audi uinc
alia eque miraculosa. **De uie susanē**
se cuius uestis combusta est. cruce

custodita miraculose. xxxii.

Apuđ susannam ciuitatem diocesis
coloniensis cuius quidam in hac
ultima expeditione cruce signatus
fuit. Eodem tempore ut militem suū
dñs temptaret sicut sanctum iob; p
misit ut domus eius incendio periret.
Flānis uero sopitus cum omnia que
incendi poterant in cinerem fuissent
redacta: particula uestis eius quam
cruce occupauerat integra inter fauul
las reperta est. Et mirati sunt omnes
tantam scē crucis uirtutem ubiq; di
latantes. Simile miraculū in alio lo
co contigit: sicut audiuit a magistro
iohanne decano aquensi. *Itē de pomio
cōbusto zona crucis circūligata et il*

Retulit michi. lēsa. xxxiii.
Ret aliud de uirtute sancte crucis
miraculū. Matrona quedam iquit
cruce susceptam pomio circūliga
uit: sic q; super asserem iuxta p̄cipiū
in quo ignis ardebat utrumq; simul
ponens abscessit. Casu. imo quod ve
rius est dei muti. pomii cum cruce
in carbonem lapsū est. Post modi
cum femina reuersa cum repositū
quereret nec inueniret: tristis de cru
ce ignem per scrutata est. Et ecce po
mii uidē in carbonē redactū: zonā
uero leuauit intactam. Quod pro
magno miraculo reputans: predicto
iohanni retulit. *Ad* Satis est mira
bile q; idem elementū eodem momento
sic in re diuersa naturam suā muta
uit. *Mo* Hoc fieri pro diuersitate me
ritarum: quibusdam tibi pandam
exemplis. *de clerico qui a meretrice
ifamatus incendiū nō sensit. xxxiiii.*

Oerungus scolasticus bimensis
nuper ueniens de studio parisi
ensi. historiam retulit satis mirabilē:
recentiori tempore illam asserens
gestam. Familiam inquit cuiusdā
uiri nobilis atq; potentis de francia:
meretrice speciosa sequebatur. Cum
qua cū multi indifferenter peccarēt:
clericus quidam religiosus eiusdā
nobilis capellanus de subuersione
familie dolens. dñm hys uerbis allo
cutus est dicens. Omnis pene fami
lia uestra meretricis huius contuber
nio corrumpitur: quorū p̄ca omnia
deus de manu ur̄a requiret. Et hoc
sciat nobilitas uestra. q; meo seruitio
carebitis si non fuerit amota. *Mox*
illa uocatur. uerba ei sacerdotis inti
mantur: ad que sic respondit. Dñe.
ex inuidia loquitor hec. Quia uolup
tati eius consentire nolui: idcirco me
persequitur. Illo respondente. mēt̄ris.
uir eū castus est: illa mox subiūxit.
Ego celerius faciam uos experiri ue
ritatem. Statim accedens ad clericū.
sub forma penitentis lacrimis per
fusa post fictam confessionē adiecit.
Dñe tam uehementer de persona ur̄a
temptata sum. nisi michi consensie
do ignem a uobis succensū extingua
tis: uiuere non potero. Ad quod uer
bum cum se uir iustus signasset: illa
uerbis quibus poterat submo
uisset: sequenti die iterū uenit. ubi
iam dicta repetiuit: hoc etiam adici
ens. Si non feceritis quod postulo:
ecce me ipsam interficio. Quo audi
to cum plurimū timeret. nec tamen
aliquo modo libidini consentire pro

poneret: respondit. **E**cce tali die in tali loco si uolueris tecum dormiam: dummodo te non interfeceris. Sic illa leta animo recedente. dominum suum mor adijt: et quia capellanus suus sibi talia promississet: uerbis procaebz indicauit. Interea clericus scolari suo precepit. ut in designato loco lectum ex lignis planis componeret: ligna arida cum stramine subiceret: deinde lintheamne decenter super tenderet. **Q**uod et factum est. Die uero statuto uenit clericus. uenit et mulier: sed clericus stipula prius succensa. lectum ascendit: illam ut simul ascenderet uocauit. **Q**ue flammis ex omni parte cernens exsurgere retrocessit: crebriusque uocata. ad tam horrendos amplexus uenire recusauit. **C**lericus uero dei adiutus gratia. non aliter sensit illum ignem quam uentum rogis flantem: nec est adustus capillus eius. neque uel timentia eius in aliquo sunt lesa. **Q**uod ut misera illa uidit. territa. et ad horam de tam grandi miraculo concupuncta: tam domino suo quam ceteris publice confessata est. quod sicut uirum sine causa ex solo rancore et inuidia ob uindictam premissa accusationis infamasset. Ipse uero uir uenerabilis non ingratus deo: ad ordinem se transtulit predicatorum.

de piscatore fornicario quem cades ferrum ob confessionem non lesit et postea

Referre solet **aq. combussit. xxxv.**
Rodius bernardus de lippa quondam abbas nunc episcopus in luonia quoddam miraculum dicens. **N**ouit inquit piscatorem in episcopatu traictensi qui cum quadam femina multo tempore fuerat fornicatus. Et quia eius peccatum

nimis erat notorium. tempore quodam in synodo imminenti accusari timens. dicebat intra se. **Q**uid nunc facies miser: **S**i in hac synodo de fornicatione accusatus fueris. et confessus: illam in matrimonio mori ducere cogeris. si autem negaueris: candenti ferro conuictus amplius confunderis. **S**tatisque ad sacerdotem ueniens. magis ut post patuit timore pene quam amore iusticie peccatum confessus est: consilium quesitum et inuenit. **S**i habes inquit sacerdos firmum propositum nunquam peccandi cum illa. candens ferrum secum potes portare: ipsumque peccatum negare: spero autem quod uirtus confessionis liberabit te. **N**on ita factum est: cunctis stupentibus quibus fornicatio innotuerat. **E**cce hic ignis dei potentia sicut in superioribus exemplis contra naturam uiam suam restringit: et sicut in sequentibus audies. mirabiliter incanduit. **Q**uid plura? **A**bsoluitur homo. **P**ost dies plurimos cum alio quodam piscatore officij sui causa. in flumine nauigans. cum domum predictae mulieris uisissent ait alter alteri. **V**alde mihi nocet et inuicem. quare te in synodo non misisset ferrum: cum tam manifestum fuisset tuum peccatum. **I**lle de gratia sibi collata indigne gloriatus. eo quod tam uoluntate fornicandi cum illa concepisset: manu aquam fluminis percussit et ait. **E**cce tantum mihi nocuit ignis ille. **M**ira dei iusticia. **Q**ui misericorditer penitentem custodiuit. iuste et miraculose readiuantem nimis puniuit. **M**ox ut aquam tetigit: candens ei ferrum fuit. **Q**uam statim cum clamore ualido

retrahens. pellem dimisit in aqua: oia
circa se gesta socio referens. sera ductus
est penitencia. Non discordat ab hoc mi
raculo. quod monachus nosse lamber
tus recitare solitus est. *de uia uoce inter
diario que frigidu ferru iussu. xxxvi*

Rusticus quidam contra aliu
habens inimicias: cuiusdam ma
ligno homini de ordine uiatoru quale
multi sunt. pecuniam dedit: ut domu
illius incenderet. Qua sub specie reli
gionis intrauit: et tempe conuenienti
succendit. Immemor miserimus hos
pitalitatis: postquam fuisset reedificata
accepto precio renouauit incendium.
Turbatus homo de dampno repetito.
omnes de quibus suspicionem habuit
accusauit: qui per ferru candens se
expurgauerunt. Deuio domus incesa
reedificata est: et ferru idem in angulo
eius proiectum. Quid plura: Venit
cursum pseudo uiator ille: antiqua
corruptus auaricia. Humane satis
susceptus. cu ferru iam dictu uidisset.
et quis eius usus esset interrogasset:
respondit ille. Nescio quis domu hac
en altera uice succendit: et cum de qui
busdam habuissent suspicionem cades
illud portauerunt: sed non sunt exusti.
Tunc ille. Ad aliquos usus posset con
uerti. Quod cu nutu dei leuasset: sic
in manu adustus est. ut cum clamore
illud iactaret. Quod ubi pater fami
lias uidit: incendiariu per uestem te
nens exclamauit. Vere tu es reus. Mor
ad iudicem ductus. culpam nollet
uellet est confessus: sicq; pena rotali
dampnatus. Multa enim huiusmodi
miracula inuenies in distinctione

confessionis. Unde hys omissis uidea
mus quid deus miraculoru nr̄is tem
poribus operatus sit in aere. Qu ipse
uero dei filius ih̄c xp̄e uisus sit in nubib
bus celi. non tamen in maiestate: sed
in humilitate. exemplis ueris tibi po
tero demonstrare. *de cruce que apparuit
in frisia i aere tempe iudicandis criminis*

Qum oliuerus scolasticus. xxxvii.
cuius uerbis hic uitor. crucem p̄
dicaret in frisia in diocesi monasteri
 Eadem domo laicus conuersus nomine obertus. uir moribus ornatus et actione circumspectus. a primis adolescentie annis deseruiens in ordine: ad omne iubentis imperium hylaris et promptus. Hic annis circiter triginta cum fratribus infirmis tam deuotum quam sedulum exhibuisset obsequium: ipse quoque diuersa inequalitate correptus est. et in magnis laboribus supiuuens annis quasi uiginti longum trahebat martirium. Verum tamen haec corpe inualidus. animi prouidentia non deerat. fratrum necessitatibus prudenter disponens omnia. Tandem languore inualecente: diem suum functus uita simul et doloribus ereptus est. Nocte beati stephani que proxima est natali

domini. pulsata est tabula defunctorum pro eo: et surgentes festinater aduenierunt fratres. orationibus munientes fratris exitum. Positus super matiam. extremum trahens spiritum. Dicta letitia cum adhuc uiuere uideretur: incepti sunt septem psalmi. Inter dicendum tamquam de leui sompno excitatus reuixit. circumferens oculos: iubente abbate repositus est in lectum suum. Quidam autem manserunt circa ipsum: cupientes audire aliquid ab eo. Postquam autem sibi reditus est: ita dicere cepit. Hic ego quid facio: Certe hic esse nolo. modo eram inter angelos. celestis armonie suauitate demulcebar: deputatus enim beato prothomartiri stephano. glorie ipsius consors et collega futurus. Hic ego quid facio: redire uolo. Post modicum uerum tabula pulsata est: et feliciter obdormiens in domino. prehabiturus in sorte sanctorum. **de ceto conuerso qui audiuit angelos officia**

in eadem exequiis complere. vii.
 In eadem domo cetus quidam conuersus fuit. cui deus interioris hominis lumen contulit: dampna corporis celesti munere commutans. Dedit enim ei diuinas uidere uisiones: aliquando gloriam sanctorum frequenter penas malorum: assidue ipsum demonem flammis omnes globos eructu autem. Mira sunt haec et munera dei. Ea tempestate cepit iste in exequiis defunctorum audire choros angelorum psallentium. modo cum monachis modo diuisim. Cum autem efferebantur corpora precedente conuictu. manebant angeli in choro. exequiarum officia complentes. Inter sanctus et pater noster

ineffabiles solebat audire iubilos: et
 supra humanam estimationem dulces.
 Hec celestis modulatio post deposicio-
 nem domini dauid. dulcor et magis intel-
 ligibilis audiebatur. Diligenter autem
 premonitus est ab abbate. ut diuine
 gratie gratus existens. omnem humanam
 gloriam excluderet: diuinum apud se
 munus occultans. nec sanctum daret
 cambus. Et respondit se tantum hoc
 unico fratri suo carnali dixisse. Et in-
 telligit abbas lapsum hominis. Post
 dies aliquot reuerso abbate. humili-
 atus coram eo. celesti se carere benefi-
 cio lacrimose confessus est. Et illucta
 ei graui penitentia. que superbiensi
 subtrahata fuit. penitenti restituta est
 gratia. *de morte fratris hildebrandi cuius*

sancti in spe uerit speciosi. dicitur candidator
Qum in extremis *deserebat. viii.*
 ageret frater hildebrandus. ca-
 bula pulsata conuictus accurrat. Quo
 morientem circumstante. et exequias
 celebrante: stetit frater quidam inter
 alios. cui talem uisionem dominus ostendit.
 Vidit. et ecce alius conuictus supueit
 hominum albatorum: qui in loco quo
 moriens iacebat speciosum ualde
 puerum accipiens: cum gaudio mag-
 no et cantibus abiit. Itaque genuina se-
 lias huius fratris substantia. a genio
 conuictu delata atque deducta est. *No*
Quid est quod in quorundam uultuum
 morte tam mirifica uidentur: *Mo*
Vna causa est. ut latens sanctitas
 morientium uiuentibus manifestetur.
 Alia. ut eorum uirtutes quibus hoc
 meruerunt imitentur. Tercia ut uul-
 torum innocentia demonstraretur. *Dec*

in causa. de conuerso mortuo circa
cu corpus candelae stare uise sunt.
 In eodem cenobio quodam fratre. *ix.*
 fauore nomine wernerio. conuersum
 aliquem quidam ex fratribus calump-
 niati sunt sine causa: ita ut eiceretur
 ab illis. Contigit post hec ut frater de-
 moreretur: et iam dictus wernerus
 interellet commendationi eius. Mors
 autem tunc erat. ut aliquo super matram
 posito. fratres sicut occurrerunt ita
 sine ordine steterunt: laicos fratribus
 circa monachos stantibus. Corpore
 mortui loto. uidit idem wernerus
 multas candelas circa feretrum stantes:
 et omnes ardentes. In parte autem qua
 ipse stabat omnes candelae extincte sunt.
 Unde miratus et territus. cum corpus
 in ecclesiam delatum fuisset: ipse do-
 minum sifridum traxit in partem. con-
 fessionem fecit. extinctionem candelarum
 peccatis suis imputans: et innocentie
 fratris manifestande. Reuersus in
 ecclesiam. candelas inuenit: et omnes
 ex omni parte ardentes uidit. *De*
morte herwini prioris. x.

Anno preterito defunctus est ibidem
 dominus herwicus prior. uir gran-
 deuis et circa disciplinam feruentis-
 simus. Qui cum sero putaretur mo-
 riturus esse: multis qui conuenerat
 clara uoce dicebat. Non modo mo-
 riar sed crastina die hora nona ero
 ante summum iudicem: de omnibus opo-
 ribus meis ibidem redditurus ratio-
 nem. Eadem siquidem hora exspira-
 uit. In cuius transitu quidam confessi
 sunt se angelos audiuisse. *No* **Sancti**
mortui qui sic in domino moriuntur. Mo.

Quanta sit in dno morientium beatitudo subiecta declarabit exempla. **De morte mengozii q̄ reuerti ad mādānū**

In sepelito abbatis. xi.
 In sepelito claustris quidam fuit noie mengoz. uir simplex et religiosus: in coquina comictus seruientis. Accidit ut die quadam cum iuuenē quodā monacho. ebdomadario coquine hngna maderet. Qui cū minus caute pedem ad scandendū seruaret: monachus eūdem pedem diuisit. Deportatus in infirmitoriū cum nimis torqueretur. iunctus est. Instante tempore eundi ad caplin generale: dixit ei bone memorie dñs giselbertus abbas. Frater mengoz. non debes mori: sed expectabis me. Respondente illo. si in me fuerit sciam: subiūxit abbas. Ego precipio tibi. fuit ergo ad caplin. et moratus est diuicius. Reuerso eo et ueniente ad portam: pulsata est tabula et campana. Interrogauit abbas cui pulsaretur. Dicente portario: quia fr̄ mengozo. respondit abbas. Ego deberem ei adhuc loqui. festinansq̄ ad orationem. cū uenisset in infirmitoriū: ille exspirauerat. Et cum se inclinasset ad mortuū: alta uoce dicebat. Frater mengoz. Et non erat ibi neq̄ uox neq̄ spiritus. Cumq̄ sedo idem nomen repetisset: respondit prior. Nolite uos fatigare. exspirauit em̄. Tūc abbas se ad illius autem magis inclinans: clamauit dicens. Ego tibi preceperam ne morerere donet uenirem: iterum ego tibi precipio ut respondeas michi. Ad quod uerbū ille quasi de graui sompno excitatus: oculos

aperuit et ingemuit. Och pater inquit quid fecisti? Bene eram: ut quid me reuocasti? Vbi inquit eras? Respondit conuersus. In paradiso. Posita michi erat sedes aurea secus pedes dñe nostre sancte marie: et cū me reuocares adueuit dñs ysenbardus sacrista noster. trahensq̄ me de sede eadem dicebat. Nō hic sedebis. inobedienter huc uenisti: reuertere ad abbatem tuū. Sicq̄ reuersus sum. Attamen promissū est michi q̄ eadem sedes michi foret seruanda. Vidi eundem ysenbardū in multa gloria: in cui⁹ pede apparuit macula. eo q̄ nobiscum existens inuitus iret ad labores. Post hec cum postulasset licentiam redeundi: respondit abbas. Modo uadas in pace. Et benedixit ei. Ad quod uerbū mor oculos clausit: et exspirauit. **Itē de morte gozberti q̄ reuiuiscens uisa uitaunt. xii.**

Simile miraculū contigit in eadē domo. Cum esset ibidem nouicius dñs hermannus nūc abbas loci scē marie: sicut ip̄e michi retulit. uenit ad eum die quadam aliquis de senioribus dicens. Venite mecum. ego faciam uos audire in continenti que hūbetis audietis. Et dixit eum ad quēdam conuersū gozbertū nomine: q̄ mortuus fuerat et reuixit. Quem comitū nescio quot sunt secuti: sperantes q̄ noui aliquid essent audietis. Ad quos ille. Vos dñi muneratis ānos conuersionis uestre: alius quadraginta. alius uiginti. alius decem. Ego uobis dico q̄ hūis est manachus ille siue conuersus. qui bene vno anno. uel mense. uel quod minus est vna

ebdomada. in ordine conuersatus est.
Quibus cū amplius dicere noller: re-
cesserūt. Ad quem nouicius. Rogo uos
bone frater: ut aliquid michi refera-
tis quod me edifice. Respondit ille.
Ego cum inper infirmarer. et essem
in doloribus maximis: uenit ad lectū
meū nescio quid. Cumq; primo teti-
gisset pedes meos. gradatim ascende-
do tetigit uentrem meū et pectus: nec
tamen ex eodem tactu aliquid mali
sensi. Tacto uero capite meo mor ex-
spirauit. ductus q; sum in locū ante
missiuū et minus deliciasum: in quo
diuersi generis arbores. ac multi colo-
ris flores asperi. Occurrerūt et michi
iuuenes speciosissimi: a quibus officia-
losissime sum salutatus. et ante dñam
nrām celi reginam uirginēq; mariā
cum multa alacritate deductus. Do-
sita est michi sedes secus pedes eius.
In qua cum sederem in multa cordis
mei iocunditate: iussus sum redire
ad corpus. De quo cū plurimū dolerē:
consolati sunt me dicentes. Ne triste-
ris. quia sedes hec tibi reseruabitur:
et post dies paucos redibis ad eam.
Quos cum iturus interrogasse
de statu futuro domus nrē: responde-
runt. Bonus est status eius presens
sub abbate hoc giselberto: neq; plus
ab eis obtinere potui. Circa terciū uo-
diem rursū expirauit idem goz-
bertus. Audi miē quanta sit miseri-
cordia dei. **de finali contritione sacer-**
dotis quiq; nigri monachi extemis

Hunc aliquot annos **.xiii.**
in claustro sacerdos quidam
defunctus est: cuius uita talis erat.

In ordine quidem nigro factus fuerat
monachus et sacerdos: in quo tantū
profecerat ut prioratus officium adi-
pisceretur. Sed faciente inuidia dya-
boli et propria temeritate. desertis casti-
tatis et innocencie castris. abiit in
regionem dissimilitudinis: pactum
facere cum delectationibus suis. Ali-
quando autem penitencia ductus: p̄
monstratensis ordinis regularis ef-
fectus est. Rursūq; circumuētus
a sathana: in pristinos cecidit erro-
res. Dehinc ad nrām ordinē se contu-
lit. Iterūq; factus apostota uilis.
uoluptatibus frenā laxauit: non
erubescens domesticam uxoris coha-
bitationē. Nonnullis diebus istis
respectus a deo patre luminū. seculū
cum concupiscencijs deseruit: ueni-
ens q; hēmentode ingressum petiuit
et obtinuit. Mor ad arma peniten-
cie conuolans: confessionibus assi-
duis. lacrimis. oratione. et ieiunijs:
omnibus uere penitendi formam
prebuit. Decurso breui tempore: ā
no necdum dimidiato. tactus infir-
mitate lecto decubuit: uon tamen
indulgentius circa se agens. ceptū
uiriliter consumabat agonē: mō
psallens. modo orans. modo sanctā
rei genitricem mariam salutans.
Habebat etiā quosdam ipsius salua-
ciones. sine quibus nec uigilans nec
dormiens inueniri poterat: quas
ante horam exitus sui collo suo cir-
cumligauit in testimoniū fidei
et bone spei sue. Rogabat autem as-
sistere sibi dñm abbatem cū paucis
fratribus: quib; sic prolocutus est.

Reuerende pater et dñi. peccator ego et penitens. testes uos michi apud deum esse cupio sincere confessionis et uere penitentie. Paratus enim sum ad omnem satisfactionem. quolibet tormēta quolibet subire labores: si deus michi uitam donauerit. Nichil durū nichil difficile. nichil impossibile amant et uere penitenti. Sic uere compunctus et uere penitens benedictiones et gratiarū actiones adhuc in ore habens: deo felicem reddidit spiritum.

Flou. Puto qd hy qui sunt in fructuone. sepe pro suis fratribus adhuc peregrinātibz deum exorēt. **Mo.** Hoc sermo sequens declarat. **De rudingero mo cu bēs dauid finē suū p̄dit.**

Huit in eodem claustrō. **Am.** monachus quidam rudingerus nomine: sed in nomine suū rudis satis in conuersatione. In ordine sūcē minus ordinate uixerat: et quod deterius erat sepius apostotando. tempore penitentie sibi concessē inutiliter consumpsit. Circa finē uite sue reuersus et ceptus: ydropisi morbo percussus est. Qui cum die quadam ante lectū suū sederet et orationes aliquas diceret: beatus dauid ante annos decē defunctus in effigie nota ingrediens cum duobus equis defunctis. ait. fiat rudingere: quid agis aut quomodo habes. Sic respondebat illi. Sicut homo pauper et infirmus. Corpus per tumorem distenditur: et quod me plus angit. multorū criminū mole conscientia grauatur. Quē sanctus consolans dixit. Qui quidem male uixisti: sed hodie scias te moriturū.

Ego dñam meam sanctam mariā dei genitricem. et reliquos sanctos pro te rogauit. et duos eos inueni: et nisi exauditus fuero totū celestem exercitū mouebo. Sic qd disparuit. Quod cum ille dño hermano abbati quōq; sanctorū apostolorum decano tunc priori in hēmentode recitasset: respondit ille. Bone dñe rudingere uos estis uir proeete etatis et infirmus et cito moriemini: nolite dicere nisi ueritatem. Bene nouerat uitā eius. Respondit infirmus. Si non fuero mortuus hora nona diei: falsa sunt que dici. Quid plura. Hora predicta monachus mortuus: et de uisione prior certificatur. **Mo.** Puto demones multū fecerere cū tales eis subtrahūt. **Mo.** Sicut s̄i angeli morientū animas deducere nitūt in celum: sic angeli mah eas detruere conantur in infernū. **de morte gerūgi conuersi quem hoies nigri et uultures obseruabant. xv.**

Mortuus est in eadem domo qdā conuersus nomine gerūgius iste ante conuersionē quorūdam eius coporū treuerensū. succellere tamē fuerat dispensator: et durus uarpe rū exactor. Tandem quorūdam amonitione persuasus. hēmentode uenit ubi in habitu seculari tempore aliquāto de proprio uixit. Factus graui infirmitate: magis timore gehenne qm amore paritē habitū induens: in infirmitatē conuersorum deportatus est. Qui cum ad extrema deuenisset. et in lecto suo solus iaceret: aspiciente quorūdam

conuerso nomine ludone: vultures
 aduolantes, in puca lecti eius resede-
 runt: cum quibus homines tetri,
 magni atq; deformes nutantes, cu-
 dem circumsteterunt. Iam dictus ludo
 de uisione primū admirans, & post
 paululū q̄ demones essent qui mori-
 entū animas quasi elatum presto-
 lantur recogitans: alta uoce clama-
 uit. **Quid statim ibi o dñi? Egre-
 ditur.** Qui dñm minime obediret:
 secundo clamauit. **Ego uobis pre-
 cipro in nomine dñi ut exeat. Ad**
 quod uerbū mox uici egredientes, &
 vultures auolantes: inuicem com-
 paruerūt. **Iacebat autem idem ludo**
 infirmus in lecto opposito, uir senex
 et religiosus: corpore uirgo. **Quātū**
 uero agonizantib; fratrum prese-
 ctiū prolixo oratio: eadem uisione de-
 clarabitur. **de morte conuersi super**
quem residebant corui cū agoniza-
ret q̄ a colūba expulsi sunt. xvi.

Circa idem tempus alius qui-
 dam conuersus illic morieba-
 tur. homo ponderosus et tardus: et
 ideo ceteris despectus. Qui cum po-
 situs fuisset super mattam, finisq;
 eius adesset: duo corui aduolantes
 iniquitate grauauerūt circa illū: tādē
 in trabe que capiti eius inniebat,
 residentes. Quos ut uidit frater hē-
 ricus cuius sepe in superiorib; me-
 mini. demones illos esse suspiciens:
 quid miri facturi essent exspecta-
 uit. **Interim pulsata est tabula:**
atq; de conuentus. Cumq; cruce
transferebatur, columba in uca illā
procedens, ostiū infirmorum prior

intravit, et super iam dictam trabē
 uoluitans: inter eosdem coruos media
 resedit. **Cumq; cum illis decertaret,**
 hinc inde alis eos uerberans, tandem
 adeptā uictoria et de domo elimina-
 tis: quā in loco coruorū tam diu resi-
 debat, donec conuersus exspirasset:
 et donec locus et feretro impositus
 eodem loco restitutus fuisset. **Quē**
 cum in oratorū fratres deportaret,
 columba eadem auolans cruce
 precebat, sicq; inuicem comparuit.
Quantū illic sic demonū conuulsū
ubi hī moriūtur qui eis seruierūt:
 sermo sequens ostendet. **de morte**

Hononis de malberg mōchi i clau-
 tro. xvii.
Bquo dominus de malberch, uir potens et diues
 in seculo, tam ualens in militia ne-
 dicam in malicia, quā uigens in pru-
 dentia seculari, ante finem uite in
 hēmenode habitū suscepit regula-
 rem. **Et quia temporis longinquita-**
te non poterat, morū probitate dies
suos diuiditare satagebat. Vni adeo
profecto, q̄ qui uocauerat eum ad
suū seruitiū non solum ei ueniam
prestitit delictorū: sed et tali ordine
precoquitū ei fecit finem suū. Habe-
bat conuentus protholariū pulcher-
rimū: quem equitae sue propter seu-
nobilem deputauerat. Quem cū ut
nobilis henricus de ysenbergh concu-
pisceret: neq; precio habere posset, hoc
actum est, ut absconle subtractus ei
transmitteretur. Quem cū minime
redderet, missus est, predictus hono-
qui eidem henrico fuerat in seculo
amantissimus. Et cum nichil proficeret:

uidens hominē obstinatū. irruente in
 se in post patuit spiritu dei. ad diuinū
 eum iudiciū appellauit: diem ei pre
 figens. **H**enricus uero appellationē
 contempsit: et homo domū rediens oī
 bus modis quibus potuit. ad eundē
 diem se preparauit. Dicebat igitur
 abbati. **D**ñe sexta feria crucē accepi.
 sexta feria transfretauit. sexta feria ī
 capella mea me uobis tradidi: sexta
 feria habitū suscepi regularem. deus
 sexta feria laborū meorū michi resti
 tuer mercedem. **E**xpletus uero in tribus
 annis in sancta conuersatione: febre
 correptus est. **V**isitatus ab amicis:
 se dixit tertia die moriturū. **E**t factū
 est ut moreretur die tertia sicut ipse
 predixerat. **E**o tempore erat mulier
 oblecta in meyen que hora mortis
 eius liberata est: et uenit ad sacerdo
 tem suū dicens demonē exisse. **P**ost
 paululū uero rediens dyabolus: gra
 uis uerare miseram cepit. **A**dducta
 est ad sacerdotem. qui quasi conuicia
 is cum dyabolo cepit eum interroga
 re et dicere. **M**iser tu eretas. **I**ta est
 inquit. **E**t ubi ait fuisse infelix. **R**es
 pondit hēmentose. **E**t quid inquit
 ibi fecisti? **A**d quod dyabolus. **R**oni
 cho ibi iacebat super matham: et de
 bebatur mori. **A**d cuius transitū festi
 nantes pene quindecim milia sociorū
 meorū. cū maximo tripudio hic tra
 sibat. **E**t uidebar michi nūquam
 gaudiū aliquod habiturus: nisi cū
 eis iuissem. **S**ciens autem uas istud
 michi traditū me amittere nō posse:
 reliqui illud ad tempus. et iui cum
 eis. **D**ixitq; sacerdos. **Q**uid actū est

ibi: **R**espondit dyabolus. **S**i puenie
 rūt maledicti confutari illi. et circū
 stantes cadauer ita valide populare
 ceperūt: q̄ nullus nr̄m propius acce
 dere ausus fuit. **D**ixit iterū sacerdos.
Et ubi deuenit anima: **R**espondit de
 mon. **A**d pedes altissimi. **E**t uidete bo
 ni homines. quanta uobis iuria sit
 illata. **H**omo iste uobis serui erat pl̄
 qm̄ quadraginta annis. ad omnem
 uoluntatē nr̄am nocte ac die paratiss
 simus: et modo tribus annis tantū
 alteri seruiuit dño. et ille uobis abstu
 lit eum. **C**um igitur uobis anima
 auferretur: furore cōmoti. inuicem
 tota debachacione grassati sumus.
Et ego modo non habeo ubi me uin
 dicem. nisi in hoc uasculo quod michi
 traditū est. **T**ransactis autem paucis
 diebus postq̄m res p̄missa comperta
 est claustro: heruicus quidā mona
 chus per partes illas transitū habe
 bat. **Q**ui sciens quia dyabolus men
 dax est. et pater mendacii: experiri
 uoluit huius rei ueritatem. **D**iver
 tens igitur ad oblectam mulierem:
 inter signū quo credi posset q̄stuit
 a demone. **A**t ille primo noluit confi
 teri: sed a monacho iuramentis con
 strictus. dixit. quia abbatulus eius
 manū morientis in manu sua tenu
 it. **C**ui rei monachus ille constans. a
 lus eius uerbis credi posse consensit.
Henricus uero de r̄senburgh audires
 eum prefixo die defunctū. pelli sue
 ualde pertinuit: et cū multa festi
 natione ad claustrū uentens. dexte
 rā super be retentū. uindis pedibz
 manu propria ad defuncti sepulchrū

adduxit: penitentiam agens apud il-
lum. Hec michi de obitu monachoru
claustrensiū comperta sūt. Mors ko-
nonis aliorū militū obitus ad memo-
riam michi reuocat: qui male quidē
uixerant. sed felici fine decesserunt.

De morte ludolfi monachi de porta.

Erat quidam **Capl. xviii.**
miles in saxoniam ludolfus no-
mine. tirānis actioe. Hic cum die
quadam uestibus nouis atq; scarla-
tis indutus in uia equitaret: rusticū
cum curru obuiū habuit. Cuius cū
uestimenta ex rotariū impulsu luto
aspergerentur: ipse utpote miles sup-
bus cōmotus ualde. extracto gladio.
homini pedem amputauit. Qui pos-
tea deo miserante de peccatis suis dolēs:
in domo ordinis nr̄i que porta uocat
factus est monachus. Non multo post
in grauem infirmitatem incidens. cū
coctiore mala a se cōmissa deplangēt.
et maxime abscisionem iamdicti pe-
dis: infirmario se consolanti respōdit.
Non potero consolari: nisi uidero sig-
na iob in corpore meo. Et ecce post dies
paucos cicatricem ad instar filii coccinei
contemplatus est circa talū suū: in eo-
dem pede et in eodem loco ubi rustico
pedem truncauerat. Qui paulatim
cepit cōmputrescere: ita ut uermes de
eo scaturirent. Tunc repletus gaudio
ait. Modo de uenta spero: quia signa
iob in corpore meo uideo. Sicq; in mul-
ta cordis contritione atq; gratiarū
actione inualecente morbo. spiritū
reddidit. Hec michi relata sunt ab ab-
bate huonice: qui filius est domus su-
pradictę. **De morte alardi monachi cui**

xpi cum matre mortuo apparuit.

Hierius cuiusdā . **xix.**
militis mortem ualde p̄nosam
retulit michi adān monachus de luc-
ka cuius sepe uicini. Erat inquit
in saxoniam miles quidam alardus
noīe. qui uir tante probitatis fuerat:
ut in primo tornamento in quo mi-
les factus est manu propria quatuor
denari dectarios acquireret. Qui sicut
uir prudens eundem honorem tempo-
ralem non suis uiribus sed deo ascri-
bens omnia restituit: et sodalibus
cum seculo ualedicens: in lucka mo-
nasterio nr̄e religionis habitū susce-
pit. Et quia electos suos probat dñs:
tanta illū infirmitate flagellauit.
ut uermes de eius corpore indefinēter
scaturirent. Quorū fetorem simul et
horrorem cū ministri sustinere non
possent: ait abbas predicto adē. Quid
faciemus frater cum homine isto.
Respondit ille. Dentur michi quatuor
lintheamina: et ego pro xpi noīe
curam illius suscipiam. Quod cum
factum fuisset. assidua pannorum
mutacione fetorem temperauit tam
sibi qm̄ egrotō. Cumq; dies adesset re-
muneracionis tante paciēcie: ait
adē. Stermite michi mactam et pul-
sate tabulam: quia dñs uocat me.
Et fecit sic. Veniente conuentu post
dictam letaniam. cum omnes pene
ad lacrimas uerbis compunctis
mouisset: subiūxit. Modo ue dñi
mei dilectissimi. et dicite nullas nr̄as
quia saluator mūdi et gloriosa eius
genitrix uirgo semper maria. cum
angelis et multitudine sanctorū.

illuc uenturi sunt. Postea reuertuntur
cum eis: quia animam meam suscipient.
Interim dum missas dicerent sicut
michi retulit adam: alardus spiritu
propheticis omnia que in oratorio
agebantur indicauit dicens. Tales mis-
se a talibus sacerdotibus. ad talia al-
taria celebrantur. *Et miratus est ual-
de. de homine laico. Rediunte conuerti:*
ille uultu iocundo sic ait. Ecce xpc cum
matre et sanctis suis presens est. ha-
bentes manus sub mento meo: et iam
suscipient animam. *Nec michi creda-
tis: si in instanti mortuus non fuero.*
Ad quod uerbum mox exspirauit: morte
uerba confirmans. De cuius corpe
statim tantus odor exiit: ut omnes
illius suauitate reficerentur circu-
stantes. *de milite occiso qui ad inuo-
cationem diuini nominis saluatus est.*

Miles quidam sceleratissimus. *xx.*
Ab inimicis suis captus et occi-
sus est. Qui cum moreretur: hec illi
ultima uerba fuerunt. Dne miserere
mei. In cuius morte quidam obsessus
est. Quem cum post dies paucos atro-
cius ueraret. interrogatus respondit.
Multi congregati fuimus in morte
militis illius. sed quia nichil ibi opti-
num: amplius in hoc uero uascul-
lo me vindico. Requisitus de causa:
subiecit. Tria tantum uerba mo-
riens protulit: propter que potestate
meam euasit. Ecce huic preconi ob-
inuationem diuini nominis sicut
lateoni in cruce. tormentum uersum
est in martirium. *No* In hoc exemplo
satis considero: quod penitencia uera nun-
quam sit sera. *No* Duo subiugam

exempla: per que cognosces quod extre-
ma contritio sit ex multa misericor-
dia dei. *De frisione qui sine sacramen-
tis obiit satis a filio suo pimonitus.*

Tri frisia nuper homo quidam. *xxi.*
diues infirmatus est. Habebat autem
filium monachum et sacerdotem in clauo
campo domo ordinis sui. Pro quo
cum misisset quasi pro salute anime
sue: nescio quo dei iudicio sine confes-
sione. sine uiatico: et sine functione
mortuus est. *Ita de frisione occiso qui
ante mortem omnia sacramenta suscepit.*

Circa idem tempus. *xxii.*
In eadem prouincia alius qui-
dam friso hostibus suis occurrens:
vulneratus est ad mortem. et occisi
sunt duo filij eius. Cumque patrem
occisores estimarent mortuum: abierunt.
Comperto tanto scelere magister
grangie in bethwerde. adducto plau-
stro oculos superposuit: et cum patrem
adhuc spirare uidisset. clamauit. Vi-
uitis adhuc dne? Cui cum ille minime
responderet. timens hostes esse: sub-
iecit conuersus. Ego sum ne timea-
tis. Tunc ille. Adhuc enim uiuo. Mor-
tuatus in uehiculo. deportatus est
ad grangiam: peccata sua confessus
est. communicauit et inunctus est. Sic
que spiritum reddidit. Ecce prior cum
tempus haberet penitendi. et filium
eum de salute cotidie moneret: om-
nia neglexit. moriens impenitens. Al-
ter uero semimortuus. oleo miseri-
cordie et uino penitencie ueri sama-
ritani confortus: de stabulo transiit
ad palatium. Et est in his impletum
quod scriptura dicit. Cui uult mise-

retur. gratiam infundendo. et quē vult
inducat. gratiam non apponendo. **de**

Wigero milite q̄ a Sarracenis occisus

in dyocesi traiectensi est. xxiii.

Wigero quidem extitit nomine wigero
in actibus milicie nominatissimus.
In prima expeditione dei munere com-
punctus. cruce signatus mare tran-
siit: tam fortiter et instanter sarrac-
enos impugnans ut tam regi ihero-
solimitano qm̄ ceteris xpianis esset
dilectus et acceptus: et inimicis cristi-
nims odiosus. Qui cum per annū
integrū saluatori ibidem strenue mi-
litaasset. et repatriare cogitasset: die
quadam in oculis eius in conflictu ser-
uus eius occisus est. Cuius animā in
specie columbe celos uicens penetrare:
compunctus de uisione dicebat intra-
se. Quid agere proponis o miser: Si
reuersus fueris uicia reperes dimissa.
et erūt nouissima tua peiora prioribz
Et tunc fortius agens solito: die qua-
dam conflictū intrauit et occubuit.
Cuius caput sarraceni presidentes.
cum multa gloria circumtulereunt:
xpiani uero corpus capientes atqz se-
pelientes: ecclesiam super ipm̄ fabri-
cauerunt. **de theoderico de rulan q̄**
orans ad sepulchriū dñi ut moreretur

opreabz obtinuit. xxiiii.

Qirca illa tempa theodericus de
rulan. uir potens et diues: deuocōis
gracia profectus est iherosolimā. Pro-
stratus ante sepulchriū dñi: huiusmo-
di fudit oracionē. Dñe ihu xpe qui oīa
uolsti. si non habeo me emendare a vi-
cijs pristinis. non me permittas uertere
in terram meam: sed ut hic michi mo-

ri liceat concedere. Audiuit hanc orōnē
alius miles compater eius. et ait. O-
raſtis ne bene hodie compater: Ecā
inquit. Dicente illo: et cui uultis dimin-
tere uxorē et liberos uestros: Respō-
dit theodericus. Melius est ut illos de-
seram: qm̄ animā meam perdam.

Et exaudita est oracio religiosi mili-
tis. Et post paucos dies defunctus ē:
coniūctus ciuibz celestis iherusalē.
Cū prope sc̄ dñs om̄ibz inuocan-
tibz eum in ueritate: mors alterius
demonstrat. **de morte monachi qui**
uiuere recusauit propter abbate

in ostbrug / inordinatum. xxv.

Monasterio dyocesis traiectensis. mo-
nachus quidam fuit tenax iusticie:
Zelum habens discipline. Cūqz mo-
tuo illius tempis abbate. et is q̄ hoc
anno defunctus est ei per electionem
substueretur: ille sciens eum uirum
secularem atqz incontinentem. inge-
muit dicens. Heu modo disciplina
domus nre peribit. Est enī de ordine
nigro monasteriū aliqui diues satis:
et ait. Dñe ihu xpe peto ne simas me
diucius uiuere: ne uideam desolatio-
nem huius monasterii. Cumqz indu-
ci non posset ut eundem eligeret siue
professionē faceret: ait ad eum mēte
tranquilla. Deus nouit q̄ diligam
uos: sed scio q̄ religio domus huius
destruetur per uos. Mane dca missa
ab eodem abbate iungi se petiuit: et
uix obtinuit. Contradicente abbate
eo q̄ sanissimus uideretur: respōdit.
Hodie oportet me mori. Deinde strata
matta se in ea reposuit: et per tabulā
comentū uocari fecit. Perdicitis ora-

de moribus

tionibus cum minime moreretur. Surrexit: stolamque in qua missas dicere consueverat collo imponens. coram altari more agonizantium se reposuit: hanc fundens orationem. *Dñā sacta uirgo maria. si unquam per hanc stolā missam celebraui tibi placente: suscipe animā meam in hac hora. Exauditus est iustus et exspirauit: et secundū uerbū eius dominus illa tam ī spūalibz qm̄ in temporalibz ualde defecit. Nec michi relata sunt a quodam abbate ordinis nr̄i: nec non ab euerhardo monacho eiusdem cenobij. **De abbate q̄ in bawaria incendio suffocatus post mortē miracula fecit. xxvi.***

Hic hoc quinquēntū dux bawarie unū ex abbatibus ordīs nr̄i ad se uocauit: nescio quid cū eo tractaturus. Nocte preparatus est ei lectus in horreo. Qui dum dicto cōpletorio isset cubitū: lumen quod a conuerso positi fuerat infixū. in stramē cecidit et in flāmas profecit. A quibus abbas excitatus. cum ostiū exire non posset: in modū crucis se in terram prosternēs. exitum suū dño cōmendauit. Comperto incendio dux cum militibus et omnibus qui aderant occurrit: reiectisq; lignis ac stipulis abbatem semiuisum extraxerunt. Et ecce circa pectus eius apparuit capella cum reliquijs: uentrē uero illius cathena ferrea stringebat. Quibus uisis dux compūctus dicebat. Videte q̄ sancto uiro isti uestimētōrū asperitas sufficere non potuit: nisi etiam cathenam superadideret. Sepultusq; est transbone in ecclesia maiori. Post

dies paucos cum duo milites in eodē loco missam audirent: unus sepulchri eius ascendit. Ut autem deus ostenderet qualis esset meriti illic tumulatus: miles tam uehementer in pedibz ardere cepit. ut resiliens clamaret. Q̄ comperto alter respondit. Sepulchrū est illius combustū abbatis. Et illa die habitus est in magna ueneratione.

de morte inclusi de sctō Marimino ī ecclesia coloma. xxvii.

Incus marimino in colonia tempore meo quidam fuerat inclusus. cenobij eiusdem inuicator. Est enī illic congregatio sanctimonialū. Hic ante conuersionē concubinā habuerat. Et q̄ simul peccauerat. similem suscepit penitentiam adeo duram: ut interq; cingulo ferreo uentrē suū ligaret. Ipse uero in predicto loco se includens: missas suas celebrando dño uacabat. cui illa foris in habitu religioso necessaria ministrabat. Adueniente tēpe uocationis eius dñm euffridū terranū sancti andree uocauit: confessionem fecit. uitam reuelauit. Cui ille in uirtute sancte obedientie precepit. ut cuculū sine re deponi: quod et fecit. Sicq; eo defuncto mulier post paucos dies cepit infirmari: et quia timuit qd̄ sacerdoti acciderat. secretū suū prodere noluit. Cuius uirtutē deus nō sinebat esse occultam. In hora uero qua exspirauit. uinculum eius dirupit. Cumq; fines illius ligature ferree. tunicam ī qua moriebatur ex utroq; latere suspēderent: multe matrone femine sancte exitū prestolantes. postq̄m rem cognouerūt: de tanto miraculo deū glori-

cauerunt. Hec michi relata sunt a filia
sororis predicti sacerdotis. **De morte de
metre sanctimonialis niuelle circa cuius
corpus nouem circuli reperiuntur. xxviii.**

Ninbrabantia apud niuellam monaste
rio sancte gertrudis uirginis. puella
quedam nobilis extitit: clemencia nomine
Hec cum suadente dyabolo lapsam
carnis incurrisset: tunicam innocencie
quam polluerat, cotidiana lacrimis
mūdare satagebat. Sic dedita erat o
peribus misericordie. ut omnes suos
redditus pauperibus erogando: nichil
pene sibi retineret. Tempe quodam
circa hyemis principiu. cum fere nuda
esset. nimisq; egeret: sedens iuxta alta
re sancte gertrudis sic orauit. O dulcis
sua dñia quomodo tibi seruiam in
hac hyeme. cum nichil habeam. Eade
hora supueniens quidam peregrin⁹
cum ad memoriam iam dicte uirgis
orasset: quūq; solutos in sinu clemencie
iactauit et abiit. Hoc quasi pro mi
raculo ip̄a wigero monacho uilari
ensi retulit et ipse michi. Cum autē
moreretur. inuēti sunt circa corpus
eius nouem circuli ferrei. **Itē de osilia
leodicensis que circulis ferreis se liga**

Non est diu uerat. xxix.
Non est diu uerat. xxix.
q; uirgo quedam leodicensis
osilia nomine: cui quidam nupserat
meteri. Quo mortuo quia pulchra
erat ualde. canonicus quidam leodicē
sis illam duxit in tantū illā amans:
ut per clausuram ab humanis aspec
tibus illam remoueret. Post cuius
mortem illa de suis peccatis dolens. iux
ta ecclesiam sancti seuerini se reclusit:
ubi ex nimia contricione sepe lacrimas

sanguineas fudit. Insuper et uinculis
ferreis se ligari fecit. Cum quibus cū
sterisset in oratione: omnia dirupta sūt.
Timens uero eadem uincula deo non
esse accepta: secundo ligata est. Quod
cum confessa fuisset abbati sancti
lamberti: dolentem consolans ait.
Qui dixit marie magdalene dimis
sa sunt tibi peccata tua: ip̄e uincula
tua dirupit. Sicq; consolata est. **De
morte gerbrandi abbatis claricampi.**

Ante quadringentiū **xxx.**
gerbrandus abbas claricampi
in frisia cum abbate nro de capitulo
rediens generali. in uia infirmari ce
pit: ita ut cum maximo labore soma
cum pueniret. Ibiq; diem clausit ex
tremū. In ip̄a hora mortis eius: sanc
timonialis quedam de syon que dom⁹
est ordinis nri ptinens ad clarūcāpū.
facta in mentis excessu: uidit animā
eius ab angelis in celum deferri. Expres
sit etiam domū et locum sepulture ec̄:
nec non et habitū in quo sepultus est.
De morte udelholdis sanctimonialis.

Nin monte scē wallburgis **xxxi.**
sanctimonialis quedam fuit udelhold
nomine: femina bona et satis feruens
in religione. Hec cum iam agoniza
ret sicut auditu a sororibus que presē
tes erant: manū extendit contra osti
um dicens. Ecce nūcius dei foris stat:
expectans animā meam. Sicq; post
modicū reddidit spiritū: ab eodem ā
gelo deducendū in paradysum. Hoc
etiam scias q; sepe a mortuis uini uo
cantur. Verbi causa. **De morte con**

radi cellerari nri. xxxii.
Ante paucos annos haedicus

sacerdos et cellerarius noster maior. in sompnis apparens successori suo conrado: tunicam propriam ei tradidit induendam. Quam cum ille induisset: infirmitate preuentus pos dies paucos defunctus est. **De morte conradi monachi nri que richwinus uocauit**

Nondum annus elapsus **xxxiii.** est. q̄ lambertus monachus nri nocte dñica in choro obdormiens. richwinum cellerarium nri ante aliquot annos defunctum chorū intrare conspexit. Et cum ānueret ei manu dicens. frater lamberte ueni simul ibimus ad reuū: ille sciens eum mortuum. reuuit et ait. **Credite michi non ibo uobiscū. A quo cum repulsam pateretur. ad oppositum chorū se uertens. quēdam senem monachū qui circa quinquaginta annos militauerat in ordine. simili signo ac uerbo uocauit. Quem ille insequutus est. capucio capiti imposito. Sequenti die infirmari cepit: et post breue tempus defunctus est. et in eadē cuculla sepultus. **De morte gregorii de armenia que mater defuncta uo-****

cauit. xxxiiii. **H**eremita quēdam religiosa de armenia cum filio et filia ueniens coloniā. in maiori ecclesia ieiunijs et orationibus deo seruebat. Vocabatur autem filius gregorius: homo simplex et sacerdos. Nomen sororis maria. Matre autem defuncta. infra tricenarium gregorius eam ad extrema deductus est. Cūq; soror coram illo sedens lacrimaretur: ille consolans eam ait. Noli flere. quia mater nostra uocat me. Et illa ubi est? Respondit. Ecce coram me stat. Sicq;

anima illa sancta carne soluta est. Corpus uero inter canonicos sepultū est. **De conuerso de Cuma qui propter obitū reuersus ē ad corpus. xxxv.**

Conuersus quidam de cumā que domus est nri ordinis cū die quadā missus ab abbate suo nauigio trāstret per fluuiū quod fluit per saxoniam: nauita ab eo nauilū requisuit. Qui cū diceret se non habere. respondit. Date michi pro pignore cingulū uel cūtelum uestrū. Non possum inquit hys carere. Et adiecit. Ego promitto uobis cum ordine meo: q̄ dimidiū denariū uobis reuictam. Et dimisit eū nauita. hęcedens ab eo conuersus. eo q̄ res modica uideretur promissū p̄pendere: nichil reuictens. Non multo post infirmatus. cum omnib; qui aderant mortuus uideretur: anima egressa. cum ad requiem ascendere uellet. predictū dimidiū denariū cuius in cōfessione non meminuit ante oculos habebat. Qui adeo creuit: ut mūdo maior uideretur. Cumq; sursum nitenti sep̄ obliteret. neq; aliud esset quod animā impediret: ad angelorū petitionē p̄missa est redire ad corpus. Mirātib; cunctis uisionem retulit: et missus est ab abbate nauite integer denarius: sub omni celeritate. Quem ut ille recepit: eadem hora conuersus exspirauit. Hęc michi narrauit abbas lunonie. alserens sibi recitata a predicto abbate. **De monacho q̄ propter cucullā quā mortuū exuerat prohibet ē ite paradisi**

Hite annos paucos in regno **xxxvi.** francoꝝ quadam domo ordinis nri. monachus quidam bone uite

laborabat in acutis. Qui dum duplici calore torqueretur. infirmitatis et aeris: rogauit infirmariū quatinus sibi liceret cucullam exuere: et induere scapulare. Quod ille concessit: compassus infirmo. Qui cum abiret: reuersus infirmū reperit exspirasse. Non modicum ex hoc turbatus. domū clausit. scapulare extraxit. cucullam ei induit: sicq; in matram illum ponens. tabulam pulsauit. Deportatus in oratoriū. proxima nocte cū monachi scdm consuetudinē circa corpus psalmos legerent: ille in feretro se erigens et circumspiciens monachos uocauit. Qui cum territi fugerēt omnes in dormitoriū excepto subpore qui constancior erat. ait illi. Nolite timere ego sum ille frater uester. q̄ mortuus fui et reuixi. Vocate michi abbatem. Accedente abbate. ait ille. Dñe cōfiteor uobis. q̄ sic atq; sic mortuus sū. Ductus uero ab angelis ad paradisi. cum putarem me libere posse intrare: accessit ad ostiū sanctus benedictus et ait. Quis eñ es tu? Qui ego respondi. Monachus sum cisterciensis ordinis: subiecit sanctus. Nequaquā si monachus es. ubi est habitus tuus? Ille est locus quietis: et uenis cum habitu laboris. Qui cum circumgrasset in muros eiusdem felicissime mansionis. et seniores quo scā magne reuerētie illic conspexisset: vni illorū qui ceteris benignior uidebatur. ut pro me intercederet supplicauit. Cuius interuētū permittus sum ad corpus redire: ut sic a te habitu recepto merear ad promissā beatitudinē introire. Quo audito abbas cucullam in qua iacebat ei extraxit:

cucullam qm̄ in infirmitate exuerat ei reinduebat. Sicq; accepta benedictōe: rursum exspirauit. Vocatur autem domus in qua contigerūt. szere. Abbas de relazhusen per nos transiens retulit nobis hoc miraculū. dicens se audiuisse a priore et conuentu iam dicte dom̄. *de cūe stratzburgense cuius anima*

ad corpus redit. xxxvii.

Simile ex parte contigit hoc anno apud stratzburgh. Cum quidam cuius ibi defunctus fuisset. et in feretro positus: anima eius ad corpus reuersa est. Et cum clamaret. quomō ueni huc: uocata est uxor eius. Ad quam ille. Dei misericordia reductus sum: et hoc tibi dico nisi omnia que habemus relinquamus. non poterimus saluari. Sicq; omnibus prout poterat salubriter dispositis: infra triduiū mortuus est. fuerat eorum substantia de malo acquisita. *Ad* Quid est quod maxime morientibus possit subuenire? *Adi.* Confessio pura atq; contritio. Ecce exemplum *de magistro thoma theologo qui uidit dyabolū in morte. xxxviii.*

Magister thomas theologus cum presenti expeditione in castro peregrinorū in camera quadam esset moriturus: uidit dyabolū in angulo stantem. Quem cum cognouisset: uoce ut beatus martinus allocutus est eū dicens. Quid hic astas cruenta bestia? Dic michi quid est quod maxime uobis noceat? Cumq; ille nichil responderet: scolasticus subiūcit. Aduro te p̄ deum uirū qui iudicaturus est uiuos et mortuos et seculū per ignē: ut dicas michi huius interrogacionis ueritatē.

Ad quod demon respondit. Nichil est in ecclesia. quod tantum nobis noceat. quod sic virtutes nostras enervet: quomodo frequens confessio. Quando inquit homines in peccatis sunt mortalibus: omnia membra ligata sunt. et non possunt se mouere. Cum uero peccata eadem confitentur. Statim liberi sunt. et mobiles ad omne bonum. Quo audito doctor ille bonus. et crucis Christi fidelis predicator: letus exspirauit. De morte iustorum hec dicta sufficiant. Quoniam misere quam horribiliter moriantur usurarii et auari: quibusdam tibi pandam exemplis. **De usurario merente cui mortuo crumena cum denariis consepulta est. xxxix.**

In ciuitate merensi sicut michi narrauit abbas quidam ordinis nostri. usurarius aliquis defunctus est: auarus nimis. Qui cum moriturus esset supplicauit ut ori sue. ut crumena denariis refertam iuxta se poneret in sepulchro. Quod cum illa fecisset quanto secretius potuisset: tamen latere non potuit. Accedentes aliqui sepulchrum latenter aperuerunt: et ecce duos ibi conspiciuntur bufones. unum in ore crumene. alterum in pectore. Ille denarios ore de crumena extraherat: iste suscipiens cordi eius inmittebat. Ac si dicerent. Nos pecunia faciabimus mortuum insatiabile. Quibus uisus illi timore percussis: terram reiectes fugerunt. Non minus horrendum est quod sequitur. **De usuraria in frechen que mortua denarios numerantes imitabatur. xl.**

In uilla frechen **batur. xl.** que ad unum miliarium distat a colonia. matrona quedam morabatur. iuxta nomine: moribus suis composita.

sed usuraria. De quo uicio cum sepius argueretur a gerlaco superiore nostro. qui tunc temporis ecclesiam iam dicte uille regebat: emendacionem promisit sed non seruauit. Tandem in peccatis suis mortua est: et propter timorem corporis ne feteret posita super terram. Et ecce dyabolus manus eius et brachia mouit. ad instar numerantis pecuniam. Missum est pro gerlaco. ut dyabolum a ueracione corporis exorcismis cohiberet. Quod cum fecisset corpus quieuit. Et cum aduicere cessaret. illud non cessauit: nunc crura nunc manus mouedo. Tunc tollens haristas aque benedictę intinxit. et ori eius inmisit: que illa audissime masticare cepit. Tandem tolles stolam cum exorcismo collo eius circumligauit: sicque demonem ab eius corpore compescuit. Erat ibi eodem tempore rusticus quidam qui dicebat sacerdoti. Sciat is domine. quod dyabolus in hac nocte stupenda operabitur in corpore hoc: referam enim uobis simile quod temporibus contigit puericie mee. **Itē de usuraria de bachem cuius anima a demonibus in spece coruorum emissa est. xli.**

Auerat in bachem uilla prima famosa quedam usuraria. Hec cum moritura esset: campum totum coruis ac coruicibus uidit repletum. Et clamauit fortiter. Ecce modo appropinquauit ad me. Et adiecit. Oui. ovi. modo sunt in tecto. modo in domo. modo pectus meam lauiant: modo animam extrahunt. Sicque cum ululatu efflauit spiritum. Demones eadem nocte corpus de feretro multis qui aderant uisceribus tollentes. usque ad tectum leuauerunt:

et cum trahi nupingeret. iuxta limen
ostii illud cadere sinentes confregerunt.
Extincta sunt luminaria. fugerunt
homines; mane in iam dicto loco corp^s
reperientes. Quod bestiali sepulture
tradiderunt. *de theoderico usurario si
morrens denarios mastrauit. ∞*

In dyocesi coloniensi .xlii.
ante paucos annos miles quidam de
functus est. nomine theodericus; usura
rius admodum nominatus. Hic tandem
infirmatus; materia ascendente in
cerebrum factus est freneticus. Qui cum
cotidie dentes et os moueret; dicebat
ei ministri sui. Quod comeditis domine?
Respondit ille. Denarios ego mastico.
Visum ei fuerat. quod denarios ori eius de
mones infunderent. Non possunt sicut
sustinere demones istos. Portate me ad
monasterium vobis. boni illic homines
sunt; forte auxilio illorum ab his dya
bolis liberabor. Quo cum delatus fuis
set; clamauit. Reportate me; plures
hic demones uideo quam in domo mea.
Erat enim de uilla wurme. Sic miser re
latus. et a demonibus agitatus; exspi
rauit. Quam execrabile uitium sit usura;
in suis tormentis multis ostendit. A
uaria heu non solum in secularibus.
sed etiam in personis ecclesiasticis reg
nat nimis. *de morte walteri clerici dis
pensatoris lutharii prepositi bunnensis*

Lutharius prepositus .xliii.
bunnensis. clericum habebat nim
auarum; monasteriensis ecclesie cano
nicum. Et quia ex eius consilio idem pre
positus pendebat; multam pecuniam
walterus congregauerat. Qui cum
moreretur; nec unum quidem denarium

pro anima sua legauit. In ipsa hora mor
tis eius. godefridus ecclesie sancti an
dree in colonia canonicus. coram domino
suo adolpho archiepiscopo in porta
clericorum dormiuit. Cui talis uisio oste
sa est. Visum est ei quod predictus walte
rus pecuniam de magno cumulo in ta
bula numeraret. et quod demon in alia
parte in ethiopsis effigie residens; ille
computationem diligentissime consi
deraret; walterus frequenter ex ipsa
pecunia aliquid furtiue uesti prope
submisit. Tunc demon in hec uerba
prociuit. Computat argentum wal
terus subtrahit illud. Denique manibus
compolis subiecit. Plus quam ducenas
subtraxit waltero marcas. Sic ex quodam
superbia uocari solebat. Gratans do
minum suum godefridus. quid uiderit re
citauit; et compositum est quod eadem hora
exspirauerit. *de morte godefridi ca
nonici sancti Andree in colonia. xliiii.*

Godefridus uero non minus mi
serere defunctus est. Erat enim au
rus ualde. et magnam in curia pecuniam
collegerat. Die quadam philippi regis
comauit magnam in domo sua debito
ribus domini sui fecerat conuiuium. Ante
enim quam de eodem conuiuio gustasset. a
popleria tactus obmutuit; et sine con
fessione atque sacra communione spiritum
exalauit. Post cuius mortem quidam
sacerdoti talis de eo uisio ostensa est.
Vidit eum colonte ante monetam iacendi
impositum; quem iacobus uideus. uide
orum episcopus. cui fuerat familia
ris malleo extendit usque ad denarium
tenuitatem. Fuerat enim godefridus
magister monete. et monetariorum

de morientibus.

locus. Et quia multa ibi congregauerunt pecunia. luere ibidem uisus est auaricie penam. **De morte hermanni secundi decani in Colonia. xlv.**

Que de morte hermanni secundi decani in colonia percepti; non tacebo. Erat idem hermannus homo multum auarus: et amator pecunie. Accidit autem ut canonicus quidam bunnensis. wircius nomine moreretur. Qui statim post mortem ex wimo maioris ecclesie in colonia canonico. in sompnis apparens ait. Rogo te ut ad diem uenias. ante capellam sancti nicolai. Quod cum erwimus tenueret sciens eum mortuum: subiecit ille. Peto ut hoc ipsum dicas secundo decano: quia dies erit octauo die. Ille euigilans. et de uisione ammirans: quid uiderit. uel quid wircius mandauerit. mane decano recitauit. Qui statim uisum intelligens respondit. Ego satis timeo quod eius diem cito obseruare debeam: quia homo senex sum et debilis. Statim eadem die percipere cepit habere: ita ut predicto die moreretur. Inter auaros penas soluent aduocati: qui modo salaria pingua recipiunt. et causas subuertunt. **de morte legiste in saronia cui morienti lingua diuinitus subtrahata est. xlvii.**

H quando dominus henricus abbas noster uisitaret in clarotampo; etiam sorores in nazareth uisitauit. Eadem nocte dictis matutinis. cum se paululum reclinasset: huiusmodi uisionem uidit. Vidit enim se esse in quodam loco parietibus clauso. in quo grauissima suspiria audiuit: sed neminem ibidem uidere potuit. Cumque audita suspiria duraret: causam admirans sic ait. Adiuuro te per dominum nostrum ihesum christum: ut quid tu sis: dicas michi. Tunc quasi aliquid accedere propius sentiens. nichil tamen uidentis: audiuit responsum. Ego sum una misera anima. Et ille. Satis misere gemis. cum tamen ignorem causam miserie tue. Respondit illa. In acerbissimis sum penis. Ad quod abbas. Que est causa penarum tuarum? Cui illa. Quia non seruauit castitatem. Et ille. Fuisi masculus an femina? Respondit. Femina. et nomen michi maria. Abbas subiunxit. Poteris ne uiuari. Et illa nichil respondit: sed ad preces conuersa sic ait. Rogo uos per omnipotentem deum. ut dicatis michi ad minus psalterium unum et aliquot missas. Cuius precibus cum libens amulset: subiecit. Possem ne uidere te? Et ecce uidit coram se stare pulchram iuuenulam. conspuratam more claustralium. et sub nigra tunica. Et statim expergefactus est. Dicta uero prima quid uidetur michi et ceteris qui tunc presentes eramus. retulit. Recitata est uisio

etiam sororibus de nazareth: sed non est mueta ibi maria. Cum uero uenisset in syon que etiam est domus sanctimonialium. post uerba exhortationis. uisionem retulit: maria suam inuestigans. Et ecce una sanctimonialium matertera eadem marie hec audiens: secretus abbi dixit. Domine maria hec filia sororis mee fuit. sanctimonialis nigri ordinis: et est ante octo annos defuncta. Que cum fuisset in quadam grangia monasterii: quidam clericus eam corripuit et impregnauit. Cumque in partu periclitaretur uocans parentes cum reliquis amicis confessa est eis peccatum suum cum gemitu cordis. sicque exspirauit. Illi uero de salute anime eius desperantes: nichil ei benefici impenderunt. Audiens hec abbas gratias egit deo. qui non tradit bestias animam confitentem sibi: plurima psalteria. orationes atque missas in monasterio. et in domibus religiosis ei obtulit: exceptis his que ipse ei specialiter impendit. *De purgatorio cuiusdam matrone propter artes magicas. xviii.*

Miles quidam ueniens ad sororem bertradam inclusam de uolmestene. pro anima uxoris sue nuper defuncte illi supplicauit. Cui orati illa appaerens. in penis magis se esse conquesta est. Que dum causam requireret penarum. eo quod pro honesta et bona muliere haberetur: respondit illa. Parte magica. Tenui enim ne maritus meus cum alijs mulieribus peccaret si me odiret: et ego illi essem causa ad ulterius. Unde quibusdam artibus sicut edocta fueram: ad amorem meum illum inflamaui. Et quia in causa

non fuit libido, sed pia intentio: bene poterat iuuari. *Hec cum relata fuisset militi: uxori ualde condolens, orationibus ieiunijs et elemosinis illi succurrere studuit: animam eius quibuscumque poterat commendans.* *Novi Terribile est quod deus iudicio nro tam minima, ita grauiter punit.* *Mo.* De hoc referat exemplum. *De monacho qui post mortem socio apparet dixit non putasse dnm fuisse x. xviii.*

Monachus quidam ordinis nri nuper cuidam post mortem apparet, requisitus de statu suo sic respondit. *Aut qui putassem dnm fuisse tam districtum Nam minima que hic non fuerint per satisfactionem deleta: obseruat. Deinde subiicit et hoc. Deus inquit ignoscat prelati nris, quia magnus et multas sepe nos subiciit penis. Valde illorum precepta ligant. Quando enim idiscere aliquid precepit, et subditi hoc minus attendunt, uel perpenderit: futuro iudicio referuatur.* *Audi nunc de uicio pertinacie exemplum. De scolastro qui post mortem in pruli tabulam percussit et incidit*

in regno francie domus est. lxx. que pruli dicitur: ordinis nri. In hac contigit res satis mirabilis. Adolescens quidam in eadem domo factus est nouicius: quem magister suus mox secutus est. Qui cum factus fuisset monachus: ita districte se habuit: ita singularis fuit: ut abbas timeret, et per indiscretum feruore sepius argueret. Ille uero salutaribus monitis non acquiescens, in pertinacia sua perseuerauit: sicque post aliquot annos defunctus est. *Nocte quadam cum abbas quarta*

feria ad laudes staret, et contra altare respiceret: tres personas quasi tres candelas ardentes ad se uentre conspexit. Quibus propius accedentibus cognouit omnes. *Medius fuit predictus scolasticus, et ex utroque eius latere duo conuersi, nuper omnes defuncti.* Tunc abbas memor pertinacie scolastici: interrogauit eum dicens, *Quomodo habes?* Respondente illo, bene: mox subiicit, *Numquid aliquid passus es pro inobedientia tua?* *Etiam inquit multa et maxima tormenta. Sed quia intentio mea bona licet indiscreta fuerit: dnm mei misertus est, nec sum dampnatus. Intere choro cantante uersiculū, pedes sanctorum suorum seruabit: scolasticus signa sue presentie ibi relinquere uolens, tabulam substracam tam fortiter calce percussit: ut frangeretur. Sicque disparuit. Abbas tabulam fractam reparari non potuit: in testimonium tam manifeste uisionis.* *Sicut quidam nimis sunt pertinaces: ita alii uerbis et signis nimis sunt leues.* *De Johanne sacrista uilariense qui apparuit abbati. lxx.*

Sacrista quidam apud uilariū meis temporibus defunctus est, iohannes nomine. Hic quidem religio sus satis fuit: sed in uerbis atque signis leuem se exhibuit. Die quadam post mortem eius cum dñs henricus tunc abbas intraturus esset oratorium: et unum pedem intus posuisset, clara luce p̄dñs iohannes illi apparet: ad pedes eius procedit orationes postulans. Quo uiso abbas territus pedem retraxit: ostium post se clausit. Et iudicatum est a fratribus causam purgationis eius

maxime fuisse leuitatem. **Ad** Quid si ipsi abbates ordinem suum minus custodierunt? **Ab** Sicut subiecto probabitur exemplo pene subiacebunt.

De purgatorio abbatis qui multus iuit ad

Recitauit michi labores. **xxxi.**
 Imperator henricus maior cellerarius de claustro uisionem notabilem. Contigit ut die quadam haberem socium uie monachum ordinis nostri qui dixit michi. Habebamus abbatem uirum in disciplina satis perfectum: excepto hoc solo quod pene nunquam cum fratribus exire uoluit ad labores manuum. Hic cum moriturus esset. et monachus quem pre ceteris diligebat ei seruiret: ait ei idem monachus. Domine rogo uos intuitu caritatis: ut infra hos triginta dies de statu uestro me certificetis. Respondit abbas. Si michi concessum fuerit: libenter faciam. Sicque defunctus est. Monachus uero quia multa fecerat ei bona. cotidiana lacrimis in oratione deum pro illius excessibus placare studebat. Tricesima die cum iam monachus de abbatis reditu desperasset: illi oranti apparens ait. Ecce hic sum sicut promisi tibi. Erat a cingulo et sursum tam corpore quam ueste ualde clarus: crura uero eius ulcerosa ad instar carbonum nigerrima. Requisitus de statu suo respondit. Tormenta que in crucibus sustinui: nulla lingua posset exprimere. Dicite monacho que fuit causa tantorum tormentorum? **Ille** subiicit. Quia frequenter de labore mansi. nulla certa necessitate me detinente. In residuo corpore: nichil penarum passus sum. Roga ergo aduentum ex parte mea. ut aliquas ora-

ones pro me deo offerat: et spero me citius fore liberandum. Unde inquit sancta uos esse liberatum. Respondit ille. Ante hoc altare tibi apparebo. Dicta sunt hec priori. inuiguntur orationes. apparet iterum monacho: ab omnibus penis se exemptum gratulatur. **Non** Miror: utrum plus mortuis ualeant orationes uel elemosine? **Ab** Audi de hoc solutionem cuiusdam mortui. **De mortuo qui elemosinas preposuit orationibus**

Quidam post mortem. xxxii.
Quamuis suo apparens. cum ab eo interrogaretur utrum sibi magis uellet impendi orationes siue elemosinas: respondit. Elemosinas elemosinas: orationes enim tepide sunt. Hic deuote uisitorum orationes excluduntur. **Non** Quid sentis de nullis? **Ab** Nulla oratio nulla elemosina ad exemptionem animarum misse potest comparari. In missa christus orat: cuius corpus et sanguis elemosine sunt. Has elemosinas pauper quedam anima sibi dari post mortem rogauit: sicut sequens docet exemplum. **De mortuo qui petiuit tres nullas in ordine nostro.**

Adolescens quidam. xxxiii.
Anobilis ad clarauallam ueniens receptus est in conuersum. Qui non alta sapiens sed humilibus consensans: ad quendam grangiā missus. factus est ibi opilio ouium. Qui cum die quadam oues sibi commissas in agro pasceret. apparuit ei quidam suus consobrinus in adolescentia defunctus. De cuius inopinato aduentu dum admiraretur et diceret. unde tam subito aduenis. et quid queris: respondit. Mortuus

sum et penus marinis crucior. Et conuersus. Poteris iuuari nec ne? Respōdit. Si poteris habere tres missas in ordine uro: mor liberabor. Audiēs herēduerfius cum licentia magistri sui ad clarāuallē festinauit: et quid uiderit uel audierit priori reuelans. tres missas iam dicto defuncto impendi supplicauit. Cui prior gratanter amicus respondit. Ego unā celebrabo: duobus sacerdotibus alias duas iūgam. Dictis uero missis. mortuus iterū conuerso apparens gratias egit et dixit. Beneficio triū missarū que pro me dicte sunt: ab omnibus penus meis liberatus sum. Nec mirari debes si tantū ualeat dñia corporis imolatio: cum quibusdam animabus ad liberationem proficere uerborum absolutio.

**De purgatorio xp̄iani monachi ual-
lis sancti petri. xxxiii.**

Qum moreretur bone memorie xp̄ianus monachus noster: abbas geuardus domi non fuit. Qui cū septimo die caplo presideret. et cantor diceret scdm̄ consuetudinē ordinis: dñe absolute fratrem nr̄m defunctū: hys uerbis eum absoluit. Requiescat in pace. Eadem nocte xp̄ianus quidā seniori presbitero nomine sifrido. tūc temporis nouicio. et nichil profusus de hac absolute scienti apparens in sompnis. ait. Hodie liberatus sum. Qui cum uisionem magistro suo ludolpho recitasset: ille absolute eius recordatus. satis ammiratus est uerborum uirtutem. **Non** Miror si sancti sub quorū regula religiosi uiuūt. post mortem ceteris sanctis eis magis

succurrant? **Mo.** Etiam sicut hic declarabitur. **de purgatorio sanctimonialis in rindorp cui sanctus benedictus**

Non est diu q̄ **astitit. xxxv.** Sanctimonialis quedam in rindorp. quod iuxta b̄nam sitū est elizabeth nomine. defuncta est. Est autem monasteriū ibidem de regula sancti benedicti abbatis. Diligebat eū eadem elizabeth specialiter sc̄m iohannem euuangelistam: quidquid poterat honoris illi impendens. Habebat carnalem sororem in eodem monasterio: que aleidis uocabatur. Hec cum nocte quadam dictis matutinis. in lecto suo sedens officiū defunctorum decantaret: uocem circa se audiuit. Et cum requireret que esset: respondit. Ego sum elizabeth soror tua. Et illa. Quomō habes soror? Respondente illa. male quidē habui: sed modo bene sum. aleidis subiūxit. Profuit tibi aliquid sanctus iohānes quem tam ardentē dilexisti. Respondit illa. Vere nichil. Qui michi astitit: sanctus pater noster benedictus fuit. Ipse eū gemma sua flectit pro me ante deū. **de purgatorio margarete sanctimonialis de monte sc̄i saluatoris.**

Quia hoc triēniū **xxxvi.** puella quedam paruula uouē ut puto annorū. in monte sc̄i saluatoris: in aduentu ip̄ius saluatoris mortua est. Defuncta uero clara luce conuētū stante in choro. chorūm intrauit: ante altare profunde satis inclinauit: sic in locum suum ubi stare solita erat. sedens. Quā iuxta se alia puella pene eiusdem

etatis stare uidentis. et mortuam cognoscens: tanto horrore concussa est ut notaretur. **R**equisita uero a dña benigna abbacissa cur ita in choro concuteretur: respondit. **S**ic et sic soror gertrudis in chorum uenit: et cum dictis uesperis commemoratio fieret dñe nre scē marie uirginis. ad collectam se in terrā prostravit. finita collecta se erigēs: abiit. **H**ec fuit causa horroris mei. **A**bbas sa illusiones timens dyabolicas. ait puelle. **S**oror margareta. si denuo uenerit ad te soror gertrudis: dic ei. **B**one dñe: et si responderit tibi dñs. interroga unde ueniat. uel quid querat. **S**equenti die iterū illa uenit. et salutata cum respondisset dñs. puella subnixit. **B**ona soror gertrudis. unde tali hora uenit. uel quid queris: Respondit illa. **N**o satisfactionē huc ueni. **Q**uia libere tecum in choro susurravi. semper na uerba proferens: idcirco in eodem loco iussa sum satisfacere: ubi me contigit peccare. **E**t nisi tibi de eodē uicio caueas: eandem penam moriens sustinebis. **C**um quarta uice predicto modo satisfecisset: ait consorori. **M**odo satisfactionē meam compleui: de cetero me non uidebis. **Q**uod ita factum ē. **N**am ea aspiciente tendebat uersus cimiteriū: mirabili uirtute murū eius transcendens. **E**cce tale fuit purgatoriu huius uirginis. **Q**uibusdā sola carencia diuine uisionis purgatoriu est: sicut in hoc patet exemplo. **D**e purgatorio wilhelmi monachi.

Monachus quidam . xxxvii. wilhelmus nomine. apud nos defunctus est. **P**uer quidē ad ordinem

uenit: quia purus et impollutus. **D**e nere nobilis erat. sed uirtus mentis magis illum nobilitauit. **C**ompleto anno probationis. sequenti die cepit infirmari: et post paucos dies sancto fine decedens. **Q**ui statim post mortē cuiusdam monacho apparens. cum de statu suo requireretur: respondit se esse in penis. **D**e quo uerbo cum ille territus fletet et diceret. si tu es i penis qui nūquā peccasti. quid fiet de me peccatore meiq; consimilibus: consolās cum defunctus ait. **N**oli flere. quia nullam aliam patior penam nisi q non dū uidi deum: ipam dilationem glorie penā reputans. **E**t adiecit. **A**ch qm clarum erit. quod statim ueniet ante deum. **R**ogate inquit ex parte mea dñm abbatem. ut in capitulo orationes miūgat pro me ad tempus et ut ipse pro me dicat collectam: sicq; liberabor. **D**icente monacho. unde erit collecta illa: Respondit. **D**e scō michaele. **M**ane cum uisio recitata fuisset dño henrico abbati. nre de archangelo statim celebravit: et i caplo psalmū. quemadmodū desiderat ceru ad fontes aquarū. dicendū per septem dies omnibus pro eo in iūgens. **A**ltra uirtus orationū. **C**onrado nūc pride loci sancte marie stante in choro cum in uno uersiculo leuiter dormitaret. sepe dictum wilhelmū sub pallio bē dei genitricis marie stare conspexit: cum multa gratulatione dicentem. **M**odo omnino liberatus sum. **E**odē tempe predicto monacho scdo apparēs testatus est tantū septem diebus se fuisse in purgatorio: id est in carēna

diuine uisionis. *De purgatorio s[an]c[t]i
patricii et penis eius. xxxviii.*

Loquamur n[un]c aliquid de purga-
torio. *Q[ui] ubi est purgatoriu[m]?*

*Q[ui] quantum ex uarijs colligitur
uisionibus. in diuersis locis huius uniu[er]-
si. Paschasius teste gregorio i[n] calore
transmarini purgabatur: monachus q[ui]
dam sancti eucharu[m] in rupe quadam
iuxta treuerim post mortem anno i[n]
regro stetit. et aeris inclemencia[m] ibide[m]
sustinuisse narratur. Qui uero de pur-
gatorio dubitat. sciam pergam. pur-
gatoriu[m] sancti patricii intrat: et de pur-
gatorio penis amplius no[n] dubitabit.*

*Q[ui] Vellem aliquid certi nosse de eode[m]
purgatorio. **Q[ui] Cum sanctus patri-
cius gentem illam conuerteret et de pe-
nis futuris dubitarent: precibus obti-
nuit a deo illum locum. Est aut[em] fossa
humilis muro uallata: et sunt ibi regu-
lares. Non est peccator adeo magnus
cui alia satisfactio iniungatur. q[ui]m ut
una nocte in eodem sit purgatorio. Vo-
lentem intrare. premissa confessione.
co[m]municant et inungu[n]t: thurificant
et instruunt. Videbis inquit hac nocte
insultus demonu[m] et penas horribiles:
sed non poteru[n]t te ledere: si nome[n] ihu
semper habueris in ore. Et si demoni-
bus blandientibus siue terrenis
conseris. et ihu[m] inuocare neglere-
ris: peribis. Quem in uespera ponen-
tes super fossam. locum claudunt. et
mane reuertentes: si non co[m]paruerit
ultra non expectatur. Multi ibi peri-
erunt. multi etiam reuersi sunt: quoru[m]
uisiones a predictis fratribus conscrip-
tae sunt. et uolentib[us] intrare ostenduntur.***

*De monacho qui idem purgatoriu[m]
intrare uoluit. xxxix.*

Monachus quidam ordinis nostri
ex licentia proprii abbatis purgatoriu[m]
sancti patricii intrare uolens. distradit
tibus sedm morem fratribus et priore:
super marginem fosse positus est i[n] uespa
Mor locus est uersus in baratu[m]: et ecce
demones quasi de abyssu ebullientes.
dixeru[n]t monacho. Si uis intrare ad
nos deponere crucem: cuiusdam ad istar
crucis formatam sic uocantes. Quib[us]
ille respondit. Vestem meam no[n] depo-
nam. Paratus sum intrare. paratus
sum uobiscum contendere: sed no[n] sine
ueste professionis mee. Cumq[ue] tota
nocte in hunc modu[m] cum eo uerbis dis-
ceptarent. nec tamen tangerent: ma-
ne in eodem loco ubi fuerat dimissus
reperitus est.

De uena abbatis corbeie. Capl. xl.

Tempore scismatis inter octone[m]
et philippu[m]. peregrinus quida[m]
de transmarinis ueniens partibus.
sclauinam suam pro uino quod ni-
illis partibus fortissimu[m] est exponens:
intantu[m] bibit. ut inebriatus a mente
sua alienaretur: sic ut mortuu[m] eum
estimarent. Eadem hora ductus est
spiritus eius ad loca penaru[m]: ubi sup[er]
puteu[m] igneo operculo tectu[m] residere
conspexit principem tenebraru[m]. Interi-
m inter ceteras animas adductus est ab-
bas corbeie: quem ille multu[m] salutis
cum calice igneo potum sulphureum
ei ministravit. Qui cum bibisset. amo-
to operculo missus est in puteu[m]. Pere-
grinus uero cum ante limina inferna
haeret. et talia uidendo tremere: dy-

abolus fortiter clamauit. **A**dducite etiam michi dominum illum qui fortis stat: qui sero uestem peregrinationis sue pro uino exponendo inebriatus est. Quo audito peregrinus ad angelum domini qui eum adduxerat respiciens: permisit quod nunquam inebriaretur. dummodo illa hora de imminenti periculo liberaret eum. Qui mox ad se reuersus. diem et horam notauit: rediensque in terram suam. eodem tempore predictum abbatem obisse cognouit. **De pena rudingeri et potu eius. xli. ∞ ∞**

In diocesi coloniensi. non procul a colonia. miles quidam erat nomine rudingerus. sic totus deditus uino: ut diuersarum uillarum dedicationes tantum propter bona uenia frequentaret. Hic cum moriturus esset: filia eum rogauit. ut infra triginta dies sibi appareret. Quo respondente. hoc faciam si potero. exspirauit. Post mortem uero filie per uisum apparet: ait. Ecce presens sum sicut postulasti. Portabat enim cruce lignum in manu sua: in quali in tabernis potare solebat. Dicente filia. pater quid est in uase illo: respondit. Potus meus ex pice et sulphure confectus. Semper ex illo bibo: nec eum epotare ualeo. Sicque disparuit. Et statim intellexit puella. tam ex precedenti uita quam ex pena. modicam uel nullam esse spem saluationis eius. Vinum quidem hic blande ingreditur: sed nouissime mordebit ut coluber. **De pena sacerdotis propter sclauiniam peregrini. xlii.**

Anne illud tempus quo occisus est contradius episcopus hildensis

hildensis: peregrinus quidam in uilla quadam moriens. sclauiniam suam sacerdoti legauit: animam suam dum commendans. Quam uestem sacerdos suscepit: sed de anima modicum curauit. Serui uero siue pueri: noctibus se illa tegebant. Non multo post idem sacerdos. in ordine nostro factus est nouicius. Nocte quadam in dormitorio iacens et dormiens: per uisionem captus est ad loca penarum. In quibus maximus erat demouum conuulsus: et occisus. Alii animas deducebant. alii suscipiebant: alii tormentis debitis inuidebant. Magnus illic erat clamor et tumultus: gemitus et plangit. Interim predictus episcopus claustris infernalibus presentatur: sed princeps tenebrarum uoce lugubri presentans sic affatur. Reducite reducite illum: non enim nostrum est. innocenter occisus est. Sacerdos talia uidens et pauens: post ostium se occultauit. Videns dyabolus in angulo quodam predictam sclauiniam dixit. Cuius est uestis illa? Respondit sacerdotis illius qui stat post ostium. Quam cum a quodam peregrino in elemosina recepisset: nichil benefici anime illius impendit. Ad quod dyabolus. Valde occupati sumus: expediamus nos statim ab illo. Tollensque uestem quasi in fetidam atque bulientem lreuiam intinxit: de qua cum faciem et collum sacerdotis percussisset: ille exortatus fortiter clamauit. Adiuuate adiuuate. Quem cum signo uocis compescerent: respondit. Eum moride en incendio. Tunc surgentes inuenerunt caput eius totum multum:

sicq; in infirmitatū deportauerunt
semitū. Nullam enī fecerat de eadē
negligentia confessionem. Hys ergo
que tristia sunt omillis: ueniamus
ad premia patrie celestis. **De gloria**

irmetrudis abb. in dietkirchen
in monasterio sanctimonialiū .xlii.
quod dietkirchen dicitur. abbatissa
quedam fuit nomine irmetrudis. Erat
enī uirgo corpore et amatrix disci-
pline: et totius norma iusticie. Cum
uero mortura esset. passionē coram
se legi fecit: et cum uentū fuisset ad lo-
cum illum. in manus tuas cōmendo
spiritū meū. et multa pietate cordis
hec uerba que ei ultima fuerūt dixit

O amantissime uirgē. Scatunq; a-
gouizans. cum xp̄o in manus xp̄i
spiritum emisit. Que post mortem
cum b̄tē aczelme apparuisset. et illa
de statu eius fascitaretur: respondit
Scatim in ip̄a hora quando anima
mea egressa est de corpore: fuit ante
deum. Et illa. Quare soror non appa-
ruisti michi per hos triginta dies.
Respondit. Ego sum in gloria. et tu cir-
ca reliquias sanctarum vndeā uniu-
uirtū cras occupata: nec te uolui
impedire. **De gloria sanctimonia-**

lis que azelme apparuit in specia ig-
nea et de tunica. s̄i dauid. .xliii.

Hec aczelma habebat quādam
sororem spiritualementi in congregacōe
unice dilectam. Que cum mortura
esset. rogata est a b̄tē aczelma ut sibi
post mortem appareret: quod et fecit.
Nam cū die quadam staret in orōne
azelma. soror defuncta apparens ei
in specia ignea. fascitanti de suo statu.

uerciculo dauitico respondit dicens.
Sicut audiuimus sic uidimus in ciui-
tate dñi uirtutū. in ciuitate dei n̄r̄i. et
Nichilq; aliud loquens: oculis eius sub-
tracta est. Cum mortuus esset beate
memorie dauid monachus claustrē-
sis. cuius uita signis et uirtutibus ual-
de exstuit illustris: data est predicte
aczelme una ex tunicas eius. Quam
cum propter uiri sancti amorē ualde
ueneraretur: ille quadam die ei appa-
rens dicit. Bona soror. tunica mea nō
est tibi necessaria: sed quidā peccator
conuersus est in claustro gerhardus
nomine. cognomento washart. illi des-
eam. Quod et fecit. Sciens hoc frater
eius carnalis fridericus monachus
noster: partem sibi dari petiuit. Cū
ille per mediū scindēs partem sibi re-
tinnit: reliquam fratri transmisit. P-
quam plurime sanitates apud nos
facte sunt. **De gloria monachi cuius**

aiā ad instar sagite fuit ante deum.

Monachus quidā .xlv.
ordinis n̄r̄i alteri quidam mo-
nacho sibi familiari apparens post
mortem in gloria n̄r̄i: cum de sta-
tu suo requireretur. respondit. Sūq;
sagitta de arcu emissā tam cito uola-
re potuit ad locum destinatū: quam
anima mea de corpore egressa fuit
ante deum. Nec mirū. Quadragita
enī annis xp̄o in ordine seruierat: ad
instar sagite multos salubriter vul-
nerans exemplo recte conuersationis.
pennis subleuatus contemplationis.

de scolare cuius aiā in specie colūbe

assumpta est. .xlvii.
In ciuitate būnensi. ∞

quedam inclusa erat habitans: religi-
osa satis atq; deuota. Hec cum nocte
quadam riuulis colle sue splendorem
in uchi cerneret, et diem esse putaret:
terreica propter horas nondū dictas,
surrexit, fenestram uersus orientem
aperiuit: et ecce iuxta caput sepulchri
cuiusdam scolaris recenter illic sepul-
ti, miri decoris femina stare cōspexit.
Gloria corporis eius eandem lucē crea-
uerat. Stabat et columba uinea sup
tumulū: quam illa capiens misit in
sinū suū. Includa uero licet tam intel-
ligeret que esset: tamen cū reuerencia
que nam foret requisit. Cui illa. Ego
sum mater xpi. et animā scolaris hui?
qui uere martyr est tollere ueni. Reuera
scolares si innocenter uiuūt, et libenter
discunt, martyres sunt. Et si postea
artes doctas in caritate maxime i dei
seruicio exercuerint: magnā ex hoc
mercedem consequentur. *De manu
scriptoris in arnisburgh.*

In arnisburgh monasterio .xlvi.
ordinis premonstratensis, scriptor
erat richardus nomine: anglicus
natione. Hic plurimos libros in eodē
cenobio in manu propria conscripserat:
mercedem sui laboris prestolans i celis
Hic cum fuisset defunctus, et in loco no-
tabili sepultus: post uiginti annos
tumba eius aperta, manus eius dex-
tera tam integra tam uiuida est reper-
ta: ac si recenter de corpore animato p̄-
sata fuisset. Reliqua caro in puluerem
redacta fuit. In testimoniū tanti mi-
raculi, manus eadem usq; hodie in
monasterio reueruatur. Hec erat op̄
huius scriptoris caritate informatū.

De odore magistri petri cantoris.

Magister petrus .xlvi.
cantor parisiensis, uerbo, uita
et exemplo multos edificauerat. Hic
in fontenella domo ordinis nri factus
nouicius, infra annū probationis
defunctus est: et in caplo sepultus. Cū
q; postea necessitate edificiorū corpus
eius esset transferendū, aperto sepul-
chro, tam magnus et suauissimus
ex illo odor efferuit: ut nares om̄i
illius fragrantia reficerentur. Odo-
r ille signū erat eximie eius doctrine:
cuius mercedem receperat in celo.

De predicatore ordinis premonstratensis

Sacerdoti cuidam .xlvi.
ordinis premonstratensis i hac
que fuit expeditione, preceptum erat
contra sacraenos crucem predicare.
Cumq; in tpa predicatione corporali
molestia tactus hominē deponeret:
cuidam loco suo post mortē apparuit
Quem cum ille interrogasset quomō
haberet, uel si aliquid molestie morēs
pertulisset: respondit. Videbatur mi-
hi pena mea satis longa. Cumq; mo-
rerer, non nisi demones circa me uidi:
qui animā egredientē ceperūt abdu-
cere. Et quibus unus dixit, Numquā
bene seruasti professionē tuam, neq; o-
bedientiā abbati tuo promissam. Et
subiūxit statim alter, Numquā pre-
dicasti sincere dñm tuū, id est gratis.
Et intellexi statim accusante conscie-
tia, quia uterq; uerū dixisset. Cumq;
in hūc modū diuersi diuersa contra
me proponerent: et ego iam positus
fuissem in desperationē, eo q; nō esset
qui pro me responderet: maxime cū

circumspiciens neq; beatam dei genitricem
 mariam. neq; aliquem angelorum uidi-
 sem: ecce xps adueniens manu tenuit
 me dicens. Sequere me quia tu predicasti
 me. Mor tua omnis spirituum san-
 ctorum disparuit ad instar fumi: et ego
 xpm secutus sum ad gloriam. Nullam
 enim aliam penam excepto illo terrore
 passus sum. Hys etiam qui libenter
 orant: referam exemplum satis incen-
 tum. **De aut maius crucibus exist
 scriptum. Ave maria q' pl. .1.**

Quies quidam colonien-
 sis illam habebat consuetudinem: ut quo-
 cunctis solus esset semper oraret. Cundo
 ad ecclesiam siue redeundo. uel i curia
 sua deambulando: angelicam maxime
 cum inabat salutationem. Qui cum
 mortuus esset. quidam nepti sue in
 habitu splendido apparebat. In quo
 maxime tamen in caligis et in calceis
 scriptum erat p totum. uersiculus aue
 maria gratia plena. & c. Quia ut dixi
 eundem uersiculum deambulando fre-
 quenterauerat: crucibus eius et pedibus
 crebris inscriptus apparebat. Quod
 anima non potest a corpore separari
 sine magna acerbitate: subiecto decla-
 ratur exemplo. **De conuerso q' dixit
 pectus suum quasi lapide marino pre-**

Ami cum moreretur. **.ii.**
 Ante hoc quadringentum cum
 prior quidam de ordine regularium i
 quadam curte monasterii sui hospites
 collegisset: et iam mensa esset preparata.
 ipse tanto sopore cepit affici: ut nisi o-
 culi dormiret moreretur. Qui cum in-
 lecto se reclinasset: mox quidam eius
 conuersus. qui alteri grangie preerat

dormitanti affuit dicens. Dne cum
 honora ura uado. Et ille. Quo uadis?
 Respondit conuersus. Ad deum uado: qm
 mortuus sum in hac hora. Et prior.
 Cum multi perfecti uiri transeant per
 purgatorium. quid est q' tu tam absolute
 dicas te statim esse uentum ad deum? Ad
 quod ille respondit. Habebam consue-
 tudinem ut quocumq; transirem coram
 crucifixo hanc dicerem orationem. Dne
 ihu xpc per illam amaritudinem qua
 sustinisti propter me in cruce. maxi-
 me quando anima tua egressa est de
 corpore tuo: miserere anime mee in
 egressu suo. Et exaudire orationem
 meam dñs: meiq; misertus est. Et dixit
 prior. Quomodo fuit tibi moriens?
 Respondit. Videbatur michi i agonia
 q' totus mundus esset lapis unius: et p
 meret pectus meum. Viri enim perfecti
 propter uitam futuram. quandoq;
 ualde ardentem desiderant mortem. **de
 morte theoderici et guntieri. .iii.**

Tres iuuenes de ciuitate
 bunnensi conuersionis gratia.
 ad nouum castrum domum ordinis nostri
 uenientes: omnes ibidem recepti sunt.
 Ex quibus unus theodericus. alter
 gunterus: tertius uocabatur sigerus.
 Primo mortuo. gunterus remissus
 sine peregrinationis et superne beati-
 tudinis. ad quam suum conuitem iam
 uocatum crediderat: cotidie ad illius
 tumulum fleuit. Quem die quadam
 uox de sepulchro hys uerbis alloquitur
 est. Consolare frater consolare: quia
 acius uenies ad me. Cuius unquam
 abbas tristem cerneret. et causam
 tristitie ab eo requireret. et ille dicere

reueret: ut ab eo extorquere potuit
 paucis diebus elapsis et ipse uocatus
 est: illi conuictus in celo. cui cum multa
 lacrimis associari desiderauit in mu-
 do. Hec a siphero bene recitata sunt.
No Puto quod merces uistorum multa
 sic in celo: **Mo** Hoc tibi ostendam in
 sequenti capitulo. **De conuerso qui dixit
 ceteraensem ordinem maximam habere
 in celo premium. liii.**

Conuersus quidam nigri ordinis
 defunctus est. Die quadam duo-
 bus monachis cenobii sui in conclaui
 sedentibus: ille ostio latenter aperto
 ingressus est ad eos. Quo uiso cum ter-
 rerentur scientes eum mortuum: ait ille.
 Cognoscatis ue me: Respondentibus
 eis. bene te cognoscimus. tu es talis fra-
 ter noster: ceperunt eum interrogare
 de statu quorundam animarum. Quos
 ille de singulis expeditur dicens. qual-
 dam esse male. quosdam ualde male:
 quosdam etiam bene. quosdam ualde
 bene. Quem cum etiam interrogassent
 de griseis monachis: respondit. Pre-
 mium illorum maximam est: et lucet sicut
 sol in regno celorum. Hec michi relata
 sunt a quodam abbate nigri ordinis
No Claritatem corporum uellem michi
 aliquo exemplo probari. **Mo** Ut eum
 taceam de transfiguratione diuina corpo-
 ris: referam exemplum quod mihi au-
 diui. **De glorificatione cuiusdam nigri
 de glorificatione corporis hesitantis. liii.**

Magister quidam parisiensis
 infirmatus. cum de glorifica-
 tione corporum cogitaret. et hesitans in
 corde suo diceret: quomodo poterit esse
 ut corpora ista fictilia et putrida lucere

possint in futuro sicut sol: ad pedes
 suos quos de operimento ereperat res-
 pexit. Et ecce tantus splendor de illis ex-
 iit: ut oculi eius reuerberati eos in-
 tueri nequiterent. **Mo** qz ad se reuerlus
 gratias egit xpo: cuius uirtute anqum
 moreretur ad fidem resurrectionis
 reductus est. **No** Quomodo poterunt
 oculi tantum fulgorem sustinere? **Mo**
 Ut dicit augustinus longe erunt tunc
 alterius potentie quam modo: nam et
 ipse glorificabitur. **De dauid monacho
 qui oculos in rotam solis defixit.**

Qum scilicet recordacois .lii.
 dñs dauid monachus claustris
 adhuc esset in corpore: sepe sedens
 in labore. in ipsum globum solarem re-
 uerberans oculis ad instar aquile
 respexit. Huius rei testes sunt seniores
 nri: qui sepius uiderunt. Si enim deus tam
 tam uirtutem tribuit oculis infirmis.
 quod hoc miraris de oculis gloria
 glorificatis? **No** Dic queso que erit gloria
 corporum. uel que gloria animarum? **Mo**
 Vtriusque homines gloria nobis im-
 plicabilis est. **De doulus electorum
 post resurrectionem. lii.**

In nouissimo die ut dicit apostolus.
 omnes resurgentis: sed non omnes in-
 mutabimur. Solum electi immutabuntur
 per glorificationem utriusque hominis.
 Gloria corporis consistit in quatuor: in
 tibus. id est in subtilitate. claritate. in-
 mortalitate. agilitate. Quatuor erunt
 partes corporis. ut omnis eius natura
 glorificetur. Corpus constat ex quatuor
 complexionibus. id est sanguine. co-
 lera. melancoli a. flegmate. que cum
 quatuor elementis concordant. Sanguis

cum aere. colera cum igne. melancoli a
 cū terra: flogma cum aqua. Quidquid
 enim corpus humanū habet de aere. tra-
 sibilis in subtilitate. quid de igne in clari-
 tatem. quid de terra in immortalitatem:
 quid de aqua in agilitate. De his qua-
 tuor dotibus scriptū est. Fulgebunt iusti
 et tamquam similitudo in arundineto dis-
 current. **¶** Dotes uero anime sunt ag-
 nicio. dilectio. fructio. Anima beata deū
 agnoscat. agnitiū diliget: dilecto fruetur.
¶ Post resurrectionē generalem. septe-
 narius iste trinitati personarū uige-
 tit: et felix tūc ille denarius electis re-
 promissus perficietur. **¶** Dotes debeant
 inaequales esse: dicit apostolus. Sicut
 inquit stella a stella differt in clarita-
 te: ita erit et resurrectio mortuorum.
¶ **No** De die iudicij uellem nūc aliquid
 certificari. **¶** **No** De die illo nemo scit:
 quia dies dñi sicut fur in nocte. id est
 inopinante et improuise ita ueniet. **¶** **No**
 In qua forma apparebit xp̄s. **¶** **No** In
 forma serui omnibus apparebit. sed glo-
 rificata. **¶** **No** Exhibebit omnibz eūdem
 uultū. **¶** **No** Non. Bonus apparebit ius-
 tis: malis terribilis. **De cynolpho**
¶ Circa hoc **templario. lvi.**
¶ biennū sacerdos quidam mor-
 tuus est in briseke de ordine templario-
 rum. nomine cynolphus: uir satis reli-
 giosus. **¶** Que de illo dicturus sum. ip̄e
 michi sepius recitauit. **¶** Cum adhuc pu-
 er esset. in domo matertere sue infirma-
 tus: sacram cōmunionē suscepit. **¶** Et
 iunctus est iam tamen anima egredi-
 ente. **¶** Egressam uero angelus dñi. dño
 uultū presentauit. **¶** Quē uultū puer q̄
 si p uelamē contēplabatur: ei q̄ seuer?

ualde uidebatur. **¶** Et ecce mor dyabolus
 affuit. **¶** Qui cum puerū accusare uellet
 nec causam inueniret: ait ad deū. **¶** Dñe
 puer iste obulū germano suo furaba-
 tur: nec umquā inde egit penitenciam.
¶ Iustus es: et iuste iudicare debes. **¶** Non di-
 mittes reatum: quia non restituit ab-
 latum. **¶** Cui dñs respondit. **¶** Velles ut p
 tantillo puerū hunc dampnarem?
¶ Mea iusticia non est absq̄ misericordia.
¶ Supplicanti bus pro anima. uiginti qua-
 tuor senioribus qui in circuitu sedis erāt
 culpa remittitur: mor q̄ ad preceptū
 dei deducta in puteū igneū proiecta est.
¶ In quo tantā penam pertulit: ut post
 ea eam uerbis explicare nequirit. **¶** Post
 horam ab angelo a quo missa fuerat
 extracta: iudici presentata est. **¶** Cui fa-
 ciem tunc amoto uelamine perspi-
 cue uidit: tantam familiaritatē. iocū-
 ditatem atq̄ dulcedinē puero exhibēs.
 ut deosculari potuisset si uoluisset. **¶** Et
 cum ante culpam in humana forma
 xp̄m uidisset: post purgatorū in di-
 uinitate eūdem meruit contēplari.
¶ Juxta quem uidit gloriosam eius ge-
 nitricem semper q̄ uirginē mariam
 in solio splendido residentē: et in circu-
 itu eius multitudinē angelorū. patri-
 archarū. apostolorū. martirū. confes-
 sorū. uirginū: aliorū q̄ iustorū. **¶** Dya-
 bolus uero timens animā perdere: ait
 ad deum. **¶** Bonū est ut reducatue ad
 corpus: ut amplius adhuc tibi seruiat.
¶ Cui dñs respondit. **¶** Hoc non dicit prop-
 ter eius salutem: sed propter tuā neq̄-
 tiam. **¶** Speras enī q̄ per corpus peccāto
 cedere posses in partem tuam. **¶** Data
 tamen sententia. aīa corp̄i restituitur:

mirantibus cunctis qui aderant. quia per signa que in puero uiderunt: uerbis eius credere compulsi sumus. Puer uero tum amore glorie. tum timore pene patriam suam deserens: conuersionis gratia ad quendam domum ordinis nostri uenit. Cuius desiderium cum conuersus. homo nequam ac superbus. qui hospicio preerat. cognouisset: eo audiente sic ait. Videte quando tales gariones monachi fuerint effecti: statim uolunt esse domini nostri. In cuius uerbis puer adeo scandalizatus est: ut a proposito resisteret. et ad ordinem templariorum se transferret. **Ro** Multe uisiones de consummatione seculi cotidie recitantur: nescio si eis fides sit adhibenda. **Mo** Quia de aduentu antixpi. et consummatione seculi. multi sunt decepti: que de hys audiri scribere nolui: quia propter orationes sanctorum iudicij tempus differitur: sicut subsequens uisio ostendit. **De sancta maria que obtinuit ne angelus secundo hinc in claravalle naret. Iam.** Sacerdos quidam est willihelmus nomine. cuius mentionem feci in distinctione octaua. capitulo quadragesimonono. hinc diuinitus multa reuelantur. Anno siquidem presenti cum in oratione staret: factus in excessu mentis raptus est ante tribunal domini. Ad cuius dexteram angelum cum tuba stare conspexit. Que ipse clama uoce cunctis angelis patriam exercitibus audientibus: sic allocutus est. **Su** rina. Quod cum finis fuisset: tam ualida erat uox eiusdem tube. ut totus mundus quasi folium de arbore tremere uideretur. Cui cum deo diceret: bu

ena adhuc semel. mater misericordie uirgo semper maria. sciens mundum si demum hinc in aere consummari: ceteris sanctis tacentibus. surgens: ad pedes filii sui procedit: et ut sententiam differret. mundoque parceret: cum instantia multa supplicauit. Cui ipse respondit. Mater: mundus in tam maligno iam positus est statu. et sic cotidie meis peccatis irritat: ut uel sententiam suspendere. uel homini parcere merito non debeam. Non solum laici. sed et clerici et monachi uias suas peruersas corruerunt: et me de die in diem offendunt. Tunc mater summi regis sic ait. Parce dilecte fili mi. et si non propter illos: saltem propter amicos meos personas ordinis cisterciensis. ut se preparent. Abbates nostri de capitulo generali reuertentes: nobis ista retulerunt. **Ro.** Quantum ex hac uisione colligo: ualde malis prodest uisitorum cohabitatio. **Mo** Si decem iusti fuissent in zodonis: dominus multitudinem pepercisset. Diem uero iudicij esse iam uisus: terremotus per loca et alia signa multa declarant. Sed ualde consolatur. quod saluator hinc fieri incipientibus: iustos ammonet dicens. Leuate capita uestra. id est exhilarate corda uestra: quia appropinquat redemptio uestra. **De celesti iherusalem et gloria sanctorum. Capitulum. Ite.**

Hestitemus ergo ingredi in ciuitatem illam. in qua nulli sunt terremotus. nulli gemitus uel suspensa: sed dei laus assidua. In qua nulla pericula. sed securitas firma: in qua non est mortalitas. sed uita eterna. In qua

rancoz nullus. discordia nulla: sed pax
 plena. In qua nullus eliret nullus fuit:
 quia sacietas illuc perfectissima. Qua
 tuoz hec l. ma in tribus uersiculis pro
 pheta comprehendit dicens. **L**auda ihe
 rusalem dñm. lauda deum tuū syon.
Lauda corde: lauda ore. **Q**uare: **Q**uā
 confortauit seras portariū tuarū: ecce
 securitas. **B**enedicit filius tuus in te:
 ecce immortalitas. **Q**ui posuit fines tu
 os pacem: ecce pax et concordia. **E**t a
 dipe frumētū faciat te: ecce sacietas.
De gaudio ciuū huius bñe ciuitatis
 in alio loco dicit idem psalmista. **S**icut
 letantiū omnium habitatio est in te. **C**ō
 prehendit breuiter. quod longis sermo
 nibus explicari non poterat. **N**ō erit
 em̄ ip̄a letitia qualis hic agitur: ubi
 de filiorū susceptione letantur. uel de
 munere diuitiarū et honorū gratu
 lamur. **Q**uod igitur explicari non
 poterat: sumpta qualicūq; simili
 tudine. dicit ut potuit. **S**icut letantiū
 inquit. id est uere letantiū: ut sit expres
 sio ueritatis et non nota similitudis.
 ut ibi. **T**amquā unigeniti a patre. id
 est uere unigeniti. **I**ustozū letantiū.
 septiformis est actio. **V**iuūt ultra infi
 nibili. sapiūt archana dei: amant de
 um et proximū. **L**audant quod ocl̄s
 non uidet: quia sūt inuisibilia. et qđ
 auris non audiuit: quia sūt in pace
 quietissima: nec in cor hoīs ascendit.
 quia sunt incomprensibilia. **G**audēt
 gaudio ineffabili: ueloces sūt et securi
 ri **B**ñ illi qui illuc dñcente dño puene
 runt. ubi omnis cogitacio uticitur.
 et cūcta desideria superantur: ubi ta
 lis felicitas p̄cipitur. que nulla cōtra

rietate perditur. **N**ō **M**iseri sūt qui
 ad tantam leticiam non suspirant.
Nō **V**erum dicas. **Q**uia dyalogo
 nro finis imponēdus est. simul xp̄m
 qui omnis consumationis finis est
 deprecemur: ut ea que tua interroga
 tione siue mea responsione cōfecta
 sunt. legentibus nec nō et audientibz
 ad meritū proficiant: ut sic edificand
 proximozū nēozū fructus fiat la
 bor. **Q**uod nobis prestare dignetur
 ip̄e de quo loquimur ihesus xpr̄istus
 dñs noster. mūdi redemptor. electozū
 confrater. rex angelozū: et ut breuiter
 concludam. uita merces et leticia om̄
 sanctorū. **C**ui cū patre et spiritu scđ.
 laus honor et imperiū per infinita
 secula seculozū amen. **E**xphat duode
 cima distinctio de p̄nio mortuozum.

Exphat scđa pars dyalogozum dñi
 cesarij.

Codinus Grigui Stilus Auctorem Reu
 alens. **I**ngeros In Medium Veluti Floua Ver
 bula Spargens. **S**ic Ut Mitis Amor Terat Asp̄era
 Mictus Illa. **C**orrigat Ac Mores Adat Jota
 Vera Salubres...

Cesarij munus sumat amica
 manus.

Handwritten text in red ink at the top of the page.

Main body of handwritten text in black ink on the left side of the page, arranged in several columns.

Section of handwritten text in red ink, possibly a heading or a specific entry.

Section of handwritten text in black ink, continuing the main body of text.

Section of handwritten text in black ink at the bottom of the left column.

Main body of handwritten text in black ink on the right side of the page, arranged in several columns.

LADES-
UND-STADT-
BIBLIOTHEK
DOSSELDORF



© The Tiffen Company, 2007

TIFFEN Gray Scale

A	1	2	3	4	5	6	8	9	10	11	12	13	14	15	17	18	19
	R	G	B	W	M	K	C	Y	M								
	●	●	●	●	●	●	●	●	●	●	●	●	●	●	●	●	●

TIFFEN Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
■	■	■	■	■	■	■	■	■

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8



